In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ amen. Conraduſ dei gratia Hildeſemenſis epiſcopus. vniuerſis chriſti fidelibuſ tam preſentibuſ quam futuriſ. Preſentem paginam Reſpicientibuſ. in ſpiritu ſancto Recta ſapere et de eiuſ Semper conſolatione gaudere. Officij noſtri deuotio requirit et debitum. eccleſiaſ noſtre dioceſis non ſolum in quocunque Rationabili negotio promouere. ſed et in omni iuſta cauſa defenſare. maxime autem in ea cauſa que coram nobiſ et per noſ fuerit determinata. Vniuerſitati igitur ueſtre ſignificamuſ quod lippolduſ [2]). fratriſ aduocati Bertholdi [2]) de veteri foro in Hildenſem. filiuſ. Omne iuſ et quodcunque dominium viſus eſt habuiſſe. in aduocatia wluinghuſen. et in omnibus terminiſ eiuſdem ville in manuſ noſtraſ libere reſignauit. quam a comitibus et coheredibus de lutterberg [1]). qui eandem aduocatiam a nobiſ quandoque tenuerunt. nobiſ libere reſignatam. jn Remiſſionem peccatorum tam noſtrorum. quam predeceſſorum et ſucceſſorum noſtrorum. epiſcoporum Hildenſemenſium. Eccleſie Beate Marie jn wluinghuſen contulimuſ libere perpetuo poſſidendam. Bertholduſ aduocatuſ qui eandem aduocatiam jn wluinghuſen a comitibus in lutterberg. in feodo quandoque poſſederat. apud Brunſwic in conuentu plurimorum militum ad quoddam tornamentum. In preſentia honeſtorum virorum. Sygebodoniſ de ſcartvelde [1]). canonici maioriſ eccleſie in Hildenſem. Hermanni de thinclere. Johanniſ de wluinge. Hermanni Buc. Bertrammi et alberti de wluinge. Bertholdi pile. Militum. et aliorum plurimorum. Ipſam aduociam (*sic*) et omne dominium in villa wluinghuſen et in omnibus terminiſ eiuſdem ville. manu ad manum ipſis reſignauit. vt autem hoc deuotioniſ noſtre factum

---

starb kinderlos, wogegen Burchard III. (albus) die Lutterberger Linie fortpflanzte. Seine Gemahlinn war Oda von Hadmersleben. Des ältern (Scharzfelder) Burchard II. und seiner Gemahlinn Adela Söhne scheinen diejenigen Burchard V., Ernst I. und Sigebodo III. gewesen zu sein, welche 1254 als Brüder genannt werden (und den Ludolf von Plesse, einen Sohn des vorhingedachten Ludolf, in derselben Urk. cognatus und nepos nennen). — Nachkommen von Ernst sind nicht bekannt und Sigebodo III. scheint derjenige Sygebodo de Scartfelt zu sein, welcher in der gegenwärtigen Urk. de 1243 als Domherr zu Hildesheim erscheint. Burchard V. dagegen hatte sechs Söhne, die in einer Urk. de 1264 sämmtlich genannt werden: „B. comes de Scartvelde consensu fratris Sibodonis et filiorum Hedenrici (II.), Sebodonis (IV.), Bernhardi (VI.), Ernesti (II.), Hermanni, Henrici (II.).“ Von diesen finden wir den Sebodo IV. noch 1300 (Weende) und Burchhard VI. noch 1295 (Weende und Hilwartsh.), aber auch diese hinterließen keine Nachkommen; die Scharzfelder (oder ältere) Linie erlosch mit den Söhnen des Burchhard V., die Lutterberger (jüngere) Linie wurde, wie schon oben erwähnt ist, durch Burchhard III. (albus) fortgepflanzt. Mit seinen Söhnen Otto I., Heidenreich II. und Heinrich II. kommt er 1257 vor (Falke 900) und als Heinrich's II. Bruder wird Werner 1279 genannt (Fredeslob). Ihre Schwester Hildegund war die Gemahlinn des Edelherrn Hermann von Ziegenberg (Wenck II, 780). Otto's Nachkommenschaft ging (nach Scheidt zu Moser S. 295) im Jahre 1397 mit dem Grafen Heiso aus, wo dann Scharzfeld sowohl als Lutterberg als eröffnetes Lehn an das Haus Braunschweig-Lüneburg zurückfiel. Das Wappen beider Linien war dasselbe, ein quer getheilter Schild, in dessen unterer Hälfte drei oder mehrere Querbalken, in der obern aber ein Leopard. Helmschmuck: ein Pfauenschweif.

[2]) Gehörten diese Gebrüder Lippold und Berthold etwa zu den Herren von Rössing? (S. Note 1 zur Urk. 45 de 1300).

a nostris Successoribus Ratum obseruetur. et ne ab heredibus comitum de lutterberg. vel Bertholdi aduocati de veteri foro in Hildensem. aliquando ecclesia in wluinghusen.. in predicto dominio. vel aduocatia indebite molestetur. presentem paginam diligentius conscriptam Sigilli nostri fecimus appensione Roborari Acta sunt hec anno gratie. M.mo.CC.mo.XLmo.III. Pontificatus autem nostri anno. XX.mo.III. Presentibus et testibus hiis. Meynardo Scolastico. Johanne de Braken. cellerario. canonicis ecclesie nostre cathedralis. Godefrido notario nostro Scolastico sancti andree. alberto et arnoldo de wluinge. hermanno Buc. Bertrammo et alberto fratribus. Johanne de wluinge. Bertholdo pile conrado de embricke. Marscalquo nostro. et aliis quam pluribus tam clericis quam laicis. Datum in poppenburg.

Siegel abgefallen.

Urk. 19.

Graf Konrad von Wölpe [1]) thut kund, daß Frau Luitgard von Redese zwei Pfannen in Münder der Kirche zu Wülfinghausen verkauft und ihm resignirt hat. Wölpe, ohne Jahr [2]).

Conradus dei Gratia Comes de Welepe omnibus ad quos presens scriptum peruenerit Salutem in uero salutari. Ad noticiam tam futurorum quam presencium peruenire uolumus quod domina lutgardis de redese duas Sartagines in mundere resignauit integraliter et vendidit ecclesie Wuluenchusen huius facti testimonium perhibemus littera presenti Sigillo nostro robarata data in welepe.

Siegel abgefallen.

---

[1]) S. Mariensee Note 5 zur Urk. vom 27. December 1215.

[2]) Zur Zeit des Grafen Konrad von Wölpe, welcher 1232 volljährig wurde und bis 1255 vorkommt; auch die Handschrift obiger Urkunde trägt den Charakter dieses Zeitraumes an sich, und fällt wohl zwischen 1240 und 1250.

Urk. 20.

Äbtissinn A. von St. Marien zu Minden belehnt den Ritter Herrn Ulrich von Adensen [1]) mit einer Hufe in „Verdassen" [2]), welche ihr Vasall Helmich von Reinvardessen ihr resignirt hat. Ohne Jahr [3]).

A. dei gratia abbatissa sancte marie in minda. Omnibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Notum esse uolumus omnibus presens scriptum inspecturis. quod mansum quem helmicus de Reinwardessen a nobis in feodo tenebat. situm in verdassen. in manus nostras cum henrico et Johanne filiis suis. et quinque filiis sororis sue absolute renunciarunt. quem ad

---

[1]) Gehörte nicht zu den Edelherren von Adensen.

[2]) „Verdassen, Verdessen," lag bei Eldagsen, wie das auf Königl. Kloster-Cammer zu Hannover befindliche Geldregister des Klosters Wülfinghausen de 1596 bezeugt.

[3]) Die Äbtissinn A. kommt vor in der Urk. vom 11. April 1245; diese Zeit der Ausstellung ist daher auch füglich für obige Urkunde anzunehmen. Die Handschrift gehört in das Ende der ersten Hälfte des 13. Jahrhunderts.

petitionem eorum domino Olrico militi de. Addenoyf in feodo porreximus. Huius rei teſtef ſunt. Thethardus de ſpenthouio Reinfridus de barichuſen. Conradus et theodericus de uflen. Johanneſ de herdeſſen militeſ. Johanneſ. ſacerdoſ Canonicus eccleſie noſtre. Hermannus et chriſtianus piſtores. et quam pluref alii.

Siegel vorhanden.

Urk. 21.

Äbtiſſinn A., Dechantinn F. und das Kapitel der Kirche der H. Marie zu Minden verkaufen dem Kloſter Wülfinghauſen ihre Güter zu „Renwordeſſen“ [1]) und „Verdeſſen“ [2]). Minden, 11. April 1245.

A. dei gratia abbatiſſa. F. Decana. Jo. et W. Can. totumque collegium eccleſie ſancte Marie in Minda. Omnibus preſens ſcriptum inſpectoribus Salutem in domino. Quoniam eui prolixitas mortalium negocijs ſcripto non conprehenſis, obliuionem inducit, ueritatis memoria conſcripta cum teſtium congruitate eiſdem utiliter accedit. Sciant igitur uniuerſi tam preſentes quam futuri quod nos de communi conſenſu et conſilio proprietatem bonorum in Renwordeſſen ſitorum et verdeſſen cum omni integritate et libertate iuris, quod in eis habebamus, cum conſenſu heinrici et johannis fratrum. filiorum helmici nec non et ſuorum conſobrinorum, cenobio beate Marie in Wluinchuſen contulimus In cuius rei teſtimonium Heinricus eiuſdem cenobij prepoſitus nobis decem talenta Hildenſemenſium denariorum dedit. quoſ in utilitatem maiorem eccleſie noſtre commutauimus ſcilicet in bona in hegerhuſen [3]). Vt autem hec firma permaneant preſentem paginam eccleſie noſtre ſigillo fecimus communiri. Teſtes autem huius ſunt rei. A. quondam abbetiſſa. F. Decana. Jo. et V. canonici nec non totus conuentus eccleſie ſancte marie. et Geroldus miles de venebike. et quam plures alij clerici et laici. Datum Minde anno domini. M.^{o}CC.^{o}XLV^{o} tertio Idus aprilis. Inſuper dicte eccleſie ſe ad inuicem obligauerunt ad mutuam confratriam perpetuo ſeruandam.

Siegel abgefallen.

---

[1]) Über die Lage des ehemaligen Kirchdorfs „Renwordeſſen,“ zwiſchen Eldagſen und der Holzmühle geben der Remmſer Kirchhof, eine Wieſe »tho Remwerßen in Kerkſtraten,« die Remmſer Landwehr, das Feld im Reemſen und der Remmenſer Zehnten bei Eldagſen Zeugniß.

[2]) Vergl. Note 2 zur Urk. 20.

[3]) Wahrſcheinlich Hoyershauſen im Amte Lauenſtein.

Urk. 22.

Graf Ludolf von Hallermund [1]), ſein Sohn Ludolf und ihre Gemahlinnen Kunigunde und Jutta verkaufen der Kirche der H. Marie zu Wülfinghauſen ihren freien Hof nebſt vier Hufen Landes zu „Hoynſen“ [2]). Veſte Hallermund (bei Springe), 1246.

---

[1]) S. Arch. Barſinghauſen Note 1 zur Urk. 55 vom 10. Juli 1278 und Arch. Loccum Note 1 zur Urk. de 1243.

[2]) „Hoynſen“ lag zwiſchen Eldagſen und Völkſen, wo die Feldmark Heuerſen gelegen iſt.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Amen. Ludolfus comef de halremunt. et ludolfus filius ſuus. et uxoref eorum. konegundis et iutta. cum heredibus eorum. Uniuerſis chriſti fidelibus preſentem paginam reſpicientibus in chriſto iheſu omnium ſalute ſalutem. Ne res geſta in tempore. ſimul cum lapſu temporif ab hominum memoria labatur. ſeu errore... maliuolentia confundatur. ſolet a plerisque diſcrete. ac prouide ſcripti teſtimonio perhennarj. Innoteſcat igitur preſentibus ac futuris. quod ego ludolfus comes in halremunt. de conſenſu heredum meorum. liberam curtim meam in hoynſen cum quatuor manſis et alijs omnibus attinentiis. cum pomerio et piſcinis adiacentibus eccleſie beate Marje jn wluenchuſen. pro decem et nouem talentis. et puero ibidem locato contulj. et cum omnibus heredibus meis Eidem eccleſie reſignaui. liberam ſicut ego et heredes mei poſſederamus. abſque omni dominio. et aduocatia perpetuo poſſidendam. Ne autem aliquis heredum meorum prefatam eccleſiam jn eiſdem bonis deinceps indebite attemptet moleſtare. To(*tum*) factum (*ex*) ordine proceſſum . . . teſtibus . . . . conſcriptum ſigillj mei ſeci appenſione roborarj. Acta ſunt hec Anno dominice incarnationis Milleſimo. Ducenteſimo Quadrageſimo Sexto. In caſtro halremunt. preſentibus et teſtibus hiis. Ludolfo de wluenchuſen. Henrico de goltorne. Arnoldo de Haſtenbeke. Conrado ſc(*ult*)heto de hamelen. Rothardo de burnhuſen. Heinrico de ſeyne. militibus Alberto ſcilt. Sifrido dapifero Heinrico de wegge. Rabodone de haleboldessen. Arnoldo de genhuſen. et alijs quam pluribus.

Siegel des Grafen Ludolf von Hallermund, Herzschild mit den drei Hallermunder Rosen. Umschrift: „SL'. comitis Ludolfi de Halremunt."

Urk. 23.

Papst Innocenz IV. ertheilt einen zwanzigtägigen Ablaß in den Diöcesen Bremen, Hildesheim und Minden denjenigen, welche zur Vollendung des Klosterbaues der Augustinerinnen zu Wülfinghausen sich hülfreich bezeigen werden. Lyon, 28. Januar 1246 [1]).

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dej. Vniuerſis chriſtj fidelibus per Bremenſes Hildeſemenſes et Mindenſes ciuitates et dioceſes conſtitutis. Salutem. et apoſtolicam benedictionem. Quoniam ut ait apoſtolus omnes ſtabimus ante tribunal chriſtj recepturj prout in corpore geſſimus ſiue bonum fuerit ſiue malum oportet nos diem meſſionis extreme miſericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu ſeminare in terris quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis. firmam ſpem fiduciamque tenentes quoniam quj parce ſeminat parce et metet et qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus et metet uitam eternam. Cum igitur ſicut. Prepoſitus. Prioriſſa et Conuentus eccleſie in Wluinghuſen ordinis ſancti Auguſtinj Hildeſemenſis dioceſis nobis ſignificare curarint ipſi dictam eccleſiam que nouella exiſtit plantatio ad honorem dej et beate virginis Marie ac officinas eius inceperint edificare de nouo et ad conſumationem operis earumdem proprie ipſius non ſuppetunt facultates. vniuerſitatem ueſtram monemus rogamus et hortamur in domino in remiſſionem uobis peccaminum iniungentes. quatinus de bonis a deo uobis collatis pias elemoſinas et grata eis caritatis ſubſidia erogetis, ut per ueſtram ſubuentionem Eccleſia et officine predicte

1) „Pontificatus noſtrj anno Tertio." Innocenz VI. wurde am 24. oder 25. Juni 1243 erwählt und am 28. oder 29. d. M. geweiht.

ualeant confumarj. et uos per hec et alia bona que domino infpirante feceritis, ad eterne poffitis felicitatis gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentis dej mifericordia et beatorum Petrj et Paulj apoftolorum eius auctoritate confifi omnibus uere penitentibus et confeffis qui eis manum porrexerint caritatis viginti dies de iniuncta fibj penitentia mifericorditer relaxamus. Prefentibus poft Triennium minime ualituris. Quas mitti per queftuarios diftrictius inhibemus, eas fi fecus actum fuerit carere uiribus decernentes. Datum Lugduni V kalendas februarii Pontificatus noftrj anno Tertio.

Auf dem Plumbum, welches an einer Schnur von gelber und rother Seide hängt, steht: „Innocentius PP IIII"

Urk. 24.

Papst Innocenz IV. nimmt das Kloster der Augustinerinnen zu Wülfinghausen in seinen Schutz; bestätigt die jetzigen und zukünftigen Besitzungen desselben, namentlich: den Grund und Boden, auf welchem es erbaut ist [1]), die Kirche zu (Nord-)Stemmen [2]), einen Hof und eine Kapelle zu Netelrede [3]), einen Hof zu Alferde [4]) und einen Hof zu Boitzum [5]); ertheilt ihm neue Privilegien und bestätigt die frühern. Lyon, 13. März 1246 [6]).

Innocentius epifcopus feruus feruorum dei dilectis in chrifto filiabus . . prioriffe fancte Marie in wlighufon eiufque fororibus tam prefentibus quam futuris regularem uitam profeffis In perpetuum. Religiofam uitam eligentibus apoftolicum conuenit adeffe prefidium ne forte cuiuflibet temeritatis incurfus aut eos a propofito reuocet aut robur quod abfit facre religionis eneruet. Eapropter dilecte in chrifto filie ueftris iuftis poftulationibus clementer annuimus et Monafterium fancte Marie in Wlighufon hildefemenfis diocefis in quo diuino eftis obfequio mancipate fub beati Petri et noftra protectione fufcipimus et prefentis fcripti priuilegio communimus. In primis fiquidem ftatuentes ut ordo canonicus qui fecundum deum et beati auguftini regulam in eodem Monafterio inftitutus effe dinofcitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obferuetur. Preterea quafcumque poffeffiones quecumque bona idem Monafterium imprefentiarum iufte ac canonice poffidet, aut in futurum conceffione Pontificum. largitione Regum uel principum. oblatione fidelium. feu aliis iuftis modis preftante domino poterit adipifci firma uobis et hiis que uobis fuccefferint et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipfum in quo prefatum Monafterium fitum eft cum omnibus pertinentiis fuis Ecclefiam in

1) Vergl. Urk. 3 de 1236.

2) Vergl. Urk. 10 de 1241 und vom 29. Februar 1324.

3) Vergl. Urk. 12, 13 und 14 de 1241.

4) Vergl. Urk. 5 vom December 1238.

5) Vergl. Urk. 17 de 1243.

6) Die Urkunde selbst giebt zwar das Jahr „M.CC.XLV." an; doch weisen die Bestimmungen: „Indictione IIIIa" und „Pontificatus Anno Tertio" (S. Note 1 zur Urk. 23) auf das Jahr 1246 hin, so daß angenommen werden muß, Papst Innocenz habe den Anfang des Jahrs hier auf Ostern gesetzt.

Stemne cum omnibus pertinentiis fuis. Curtim et Capellam in Netelrodh(*e*)re cum omnibus pertinentiis fuis. Curtim in alecuordhe cum omnibus pertinentiis fuis. Curtim in borhfeim cum (*omnibus perti*)nentiis fuis. cum pratis. uineis. terris. nemoribus. ufuagiis. et pafcuis in (*bofco*) et plano in aquis et molendinis in uiis et femitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus fuis. Sane noualium ueftrorum que propriis fumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit. fiue de ueftrorum animalium nutrimentis. nullus a uobis decimas exigere uel extorquere prefumat. Liceat quoque uobis perfonas liberas et abfolutas e feculo fugientes ad conuerfionem recipere, et eas abfque contradictione aliqua retinere. Prohibemus infuper ut nulli fororum ueftrarum poft factam in Monafterio ueftro profeffionem fas fit fine Prioriffe fue licentia de eodem loco nifi arcioris religionis obtentu difcedere difcedentem uero abfque communium litterarum ueftrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat uobis claufis ianuis exclufis excommunicatis et interdictis non pulfatis campanis fuppreffa uoce diuina officia celebrare. dummodo caufam non dederitis interdicto. Crifma uero oleum fanctum. confecrationes altarium feu bafilicarum. benedictiones monialium a diocefano fufcipietis epifcopo fiquidem catholicus fuerit. et gratiam et communionem facrofancte Romane fedis habuerit. et ea uobis uoluerit fine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus infuper ut infra fines parrochie ueftre capellam feu oratorium de nouo conftruere audeat Saluis priuilegiis Pontificum Romanorum. Ad hec nouas et indebitas exactiones ab archiepifcopis. epifcopis. archidiaconis. feu decanis aliisque omnibus ecclefiafticis fecularibusue perfonis a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipfius loci liberam effe decernimus ut eorum deuotioni et extreme uoluntati qui fe illic fepeliri deliberauerint nifi forte excommunicati uel interdicti fint aut publice ufurarij nullus obfiftat. Salua tamen iuftitia illarum ecclefiarum a quibus mortuorum corpora affumuntur. Decimas preterea et poffeffiones ad ius ecclefiarum ueftrarum fpectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclefias ad quas pertinent reuocandi libera fit uobis de noftra auctoritate facultas. Obeunte uero te nunc eiufdem loci Prioriffa uel earum aliqua que tibi fucceſſerit nulla ibidem qualibet fubreptionis aftutia feu uiolentia preponatur nifi quam forores communi confenfu uel earum major pars confilij fanioris fecundum deum et beati auguftini regulam prouiderint eligendam. Paci quoque et tranquillitati ueftre paterna in pofterum follicitudine prouidere uolentes auctoritate apoftolica prohibemus. ut infra claufuras locorum feu grangiarum ueftrarum nullus rapinam feu furtum facere. ignem apponere. fanguinem fundere. hominem temere capere uel interficere feu uiolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a Predeceſſoribus noftris Romanis Pontificibus Monafterio ueftro conceffas nec non libertates et exemptiones fecularium exactionum a Regibus et principibus uel aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apoftolica confirmamus et prefentis fcripti priuilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monafterium temere perturbare, aut eius poffeffiones auferre uel ablatas retinere, minuere, feu quibuflibet uexationibus fatigare. fet (*sic*) omnia integra conferuentur, earum pro quarum gubernatione ac fuftentatione conceffa funt ufibus omnimodis profutura. Salua fedis apoftolice auctoritate. et diocefani epifcopi canonica iuftitia. Si qua igitur in futurum ecclefiaftica fecularisue perfona hanc noftre conftitutionis paginam fciens contra eam temere uenire temptauerit, fecundo tercioue commonita nifi reatum fuum congrua fatiffactione correxerit poteftatis honorifque fui careat dignitate.

reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. et a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei et domini redemptoris noſtri iheſu chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax domini noſtri iheſu chriſti. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. amen. Amen.

(Sign. pp.) Ego Innocentius catholice eccleſie epiſcopus ſubſcripſi (bene valete).

† Ego petrus tit. ſancti Marcellj preſbiter Cardinalis ſubſcripſi.

† Ego Willelmus baſilice duodecim apoſtolorum preſbiter Cardinalis ſubſcripſi.

† Ego frater Johannes tit. ſancti Laurentii in Lucin. preſbiter Cardinalis ſubſcripſi.

† Ego frater Hugo. tit. ſancte Sabine presbiter Cardinalis ſubſcripſi.

† Ego Oto potuenſis et Sancte Rufine Epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego petrus. albanenſis epiſcopus. ſubſcripſi.

† Ego Willelmus. Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego Egidius ſanctorum Coſme et Damiani diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

† Ego Ottauianus ſancte Marie in uia lata diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

† Ego petrus Sanctj Georgij ad uelum aureum diaconuſ Cardinalis. ſubſcripſi.

Ego Johanneſ ſancti Nicolai in Carcere tulliano diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Willelmus ſanctj Euſtachij diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Datum Lugduni per manum Magiſtri Marini ſancte Romane eccleſie vicecancellarij. III. Idus Martij. Jndictione IIII^a^ Anno dominice. Incarnationis M.CC.XLV. Pontificatus uero domini Innocentij pape Quarti Anno Tertio.

Bleierne Bulle an gelb und roth seidener Schnur.

Urk. 25.

Ritter Heinrich von Homburg [1]) thut kund, daß die Nonne Kunigunde zu Wülfinghausen, Tochter des Ritters Herrn Raven von Burien und ihre Schwester Hildeburg drei und eine halbe Hufe Landes zu „Berchinghuſen" [2]) dem Kloster Wülfinghausen geschenkt haben. Eschershausen (im Kreisamte gleiches Namens), 25. Juni 1246.

Henricuſ miles dictuſ de Homburg. Vniuerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum Reſpicientibus felici curſu preſentiſ vite Brauium regni celeſtis apprehendere. Ad remouendam in poſterum cuiuſcunque moleſtie occaſionem. Reſ geſta in tempore a pleriſque Scripto provide perhennatur. Notum igitur veſtre ſit vniuerſitati quod prepoſitus et congregatio ancillarum chriſti in wluinchuſen. puellam quandam filiam videlicet Bone memorie domini Rauen. militiſ de Burien. ad peticionem noſtram in ſuum collegium receperunt. Ad ſubſidium igitur eiuſdem cenobii in

---

1) S. Arch. Loccum Urk. de 1229, wo seine Eltern genannt werden.

2) Die Klosterregister weisen nach, daß „Berchinghuſen" das jetzige Beſſinghauſen im Kirchspiele Borry Amts Grohnde ist.

Remiſſionem peccaminum ſuorum atque parentum ſuorum. eadem puella cunegundiſ nomine. cum hildeburge germana ſua de bona et pari voluntate atque communi conſenſv omnium coheredvm ſuorum. de patrimonio ſuo tres manſos et dimidium in Berchinghuſen ſi(*tos l*)iberoſ abſque advocatia et quocunque dominio cum omni vſufructu eccleſie in wluinchuſen perpetuo poſſidendos contulerunt. In cuius rei teſtimonium ne quiſquam malicioſe prefatam eccleſiam in poſterum in eiſdem manſis valeat moleſtare. rem ex ordine geſtam preſenti littera dilegentiuſ conſcriptam. Sigillo noſtro fecimus communiri. acta ſunt hec anno domini M.CC.XL.VI. Pontificatuſ autem domini Conradi Hildenſemenſis epiſcopi anno noviſſimo. in eſkerſhuſen coram nobiſ. craſtino natiuitatiſ Sancti iohanniſ Baptiſte. Preſentibus et teſtibus hiis. philippo eiuſdem ville plebano. Vdone de indagine. Johanne hegere. Harttungo de elecxe. Hermanno laico. Henrico ſteincop. Henrico heſeke. henrico de Brack iam dicte ville advocato et aliiſ quam pluribus.

Siegel vorhanden, aber unkenntlich.

Urk. 26.

Abt Hermann, Prior Albert, Propst Striger und der Convent zu Corvey schenken dem Kloster Wülfinghausen ihr Amt zu Holtensen (im Kirchspiele Eldagsen, Amts Calenberg) nebst der ihnen vom Herrn Ulrich von Hohenbüchen [1]) resignirten Vogtei [2]) und zwei Hufen Landes ebenfalls zu Holtensen. 1248.

(Vergl. Urk. vom 8. October 1252.)

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ. Hermannus dej gratia Corbeienſis abbaſ. Albertus prior ſtrigerus prepoſitus totuſque eiuſdem eccleſie conuentus. Omnibus hoc ſcriptum inſpicientibus. eternam in domino ſalutem. Ne geſtarum rerum memoria proceſſu temporiſ euaneſcat. et pereat. diſcretorum uirorum prudentia ſolet eas ſcriptis ſigillis et teſtibus perennare. Nouerint igitur preſentes et poſterj. quod noſ cum conſenſu tocjus eccleſie apud eccleſiam in Wluenchuſen et ſanctimoniales ibidem deo ſeruientes. Officium noſtrum in holthuſen diſtraximus. ita quod eis proprietatem ipſius cum omnibus attinentiiſ ſuis. infra uillam et extra. Mancipiis. ſiluis. pratis. paſcuis. et aquarum decurſibus. et cum tribus manſis quoſ Johannes dictus de Alecforde a nobiſ in feodo tenuit. qui in eadem uilla . . . contulimus liberaliter iure perpetuo poſſidendum. Preter hec aduocatiam omnium predictorum bonorum. quam a nobis dominus Olricus de honboken tenuerat et reſignauit. et duos manſos. quoſ Arnoldus grimpe a nobis in feodo tenuit. ſitos in eadem cum ſuiſ attinentiiſ contradidimus eo iure. ut ipſa eccleſia iam dicta de omnibus iſtiſ liberum habeat arbitrium. tenendj. uendendj. uel quicquid inde placuerit ordinandj. Hec ut rata ſeruentur et inconuulſa. preſentem paginam teſtimonialem ſigilliſ noſtris fecimus communiri. Teſtes vero ſunt. Thimmo infirmarius. Hinricus camerarius. Wicpertus cellerarius Corbeienſes. Hinricus decanus. Hermannus ſcolaſticus Noue eccleſie Wicmannus canonicus Embicenſis. laicj Her-

---

[1]) S. Note 1 zur Urk. 45 vom 3. Februar 1300.

[2]) Vergl. Urk. vom 23. März 1265.

mannus de noua ecclesia. Alexander de Gudenshusen. Arnoldus de porta. Godefridus de Godelem. Giselerus de Elboldeshusen. Arnoldus dapifer. et alij quam plures. Acta sunt hec anno dominj. M CC XL octauo.

Siegel des Abtes abgefallen. Siegel des Convents vorhanden, doch schlecht erhalten.

Urk. 27.

Bischof Heinrich zu Hildesheim thut kund, daß Ernst von Wülfingen allen etwaigen Ansprüchen an die Güter zu Holtensen bei Eldagsen und die Vogtei über das Dorf vor ihm, gänzlich entsagt und der Kirche der H. Marie in Wülfinghausen geschenkt hat. Sarstedt, 8. October 1252.

(Vergl. Urk. 26 de 1248.)

H. dei gratia hildensemensis ecclesie Episcopus. omnibus hoc scriptum inspecturis in uero salutari salutem. Litteris presentibus protestamur quod Ernestus filius dominj Ernestj militis de wluinge omni juri quod uidebatur habere in bonis in holthusen apud Eildagessen cum aduocatia eiusdem uille coram nobis penitus renuntiauit et ecclesie beate Marie uirginis in wl*(enchu)*sen pro remedio animarum patris et matris sue et in remissionem peccaminum suorum contulit liberaliter perpetuo *(possi*de*)*ndum. hujus facti testes sunt. Euerhardus de luttere. Lippoldus de insula. Hermannus . . . Ludolfus de . . . Justacius de Jesen. Echardus de Walleste . . militesf. Lodhewicus de hupedhe. Conradus de lathusen. Echardus et Johannes fratres de Bilnem. Ernestus de Blickenstede. Tidericus de Oturedessen. Hermannus de wluinge. Ne autem hoc factum cuiquam in posterum ueniat in dubium presentem paginam sigillj nostri appensione duximus roborandam. Acta sunt hec in scarstede. Anno dominj. M.CC.LII. VIII. ydus. Octobris. pontificatus nostri anno sexto.

Siegel abgefallen.

Urk. 28.

Bischof Heinrich zu Hildesheim schenkt der Kirche der H. Marie zu Wülfinghausen den ihm von seinem Vasallen Johann von Adensen [1]) mit Zustimmung dessen Oheims, des Propstes Everwin zu Halberstadt, resignirten Zehnten über zehn Hufen Landes zu Wülfinghausen. 1253.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Henricus dei gratia hildensemensis Episcopus. Omnibus christi fidelibus. Presentem paginam Respicientibus in perpetuum. Cum nostre deuotionis locus requirat. Religiosorum vtilitatibus semper pro studio intendere. et ad remouendam in posterum calumpniam. Res gestas in tempore prouide Scripti testimonio perhennare. Vniuersitati vestre significamus. quod iohannes de adenoys. decimam quandam Super decem mansos apud wluinchusen sitos. quam a nobis tenuit in feodo. de consensu coheredum suorum. communi-

[1]) S. Note 1 zur Urk. 30 de 1254.

cata manu patrui ſui. Prepoſiti Everwini de haluerſtat. apud Middelen [2]) in manuſ noſtras reſignauit. Nos autem habito diſcretorum virorum conſilio. in Remiſſionem peccaminum noſtrorum. et pro remedio animarum tam predeceſſorum. quam Succeſſorum noſtrorum hildenſemenſium Epiſcoporum. eandem decimam contulimus eccleſie Beate Marie in Wluinchvſen que ipſos manſos proprietario iure poſſidet. libere poſſidendam. Vt autem hoc noſtrum factum ratum et inconwlſum perpetuo maneat. Preſentem litteram diligenciuſ conſcriptam. Sigilli noſtri fecimuſ appenſione Roborari. Si quiſ autem huic noſtre deuotioniſ facto. auſu temerario contraire preſumpſerit. nouerit ſe dei patriſ omnipotentiſ. atque Beate Marie virginis iram. et noſtram qvoad uſque reſipiſcat. ſe maledictionem. incurriſſe. Acta ſunt hec anno gratie Milleſimo. ducenteſimo. quinquageſimo. tercio. Pontificatus autem noſtri anno Septimo. Preſentibus et teſtibus hiis. Witkindo Comite [3]). Hermanno de Rethenem aduocato noſtro. Bertoldo pile. Hermanno de ſtemne. Hermanno Bůk. Henrico et Bertrammo de Barenrothe. Gerhardo de howardeſſem. et aliis quam pluribus tam clericiſ quam laicis. Dithardo pape de lewenſtene.

Siegel abgefallen.

---

2) Mehle, im Kirchſp. Elze, Amts Poppenburg.

3) Etwa noch der Graf Wedekind von Poppenburg? (S. Note 1 zur Urk. 17 de 1243).

Urk. 29.

Herr Everwin von Adenſen [1]) thut kund, daß Propſt Heinrich für ſeinen Convent zu Wülfinghauſen zwei Hufen zu Boitzum (im Kirchſpiele Wittenburg, Amts Calenberg) von Frau Blitherade und drei Hufen im Ettſencampe [2]) von Frau Lutburg in Verſatz erhalten hat. Ohne Jahr [3]).

Dominus euerwinuſ de adenoyſ omnibuſ preſentem paginam inſpitientibus. ſalutem. latere voſ nolumus quod dominuſ h. prepoſituſ in wluinghuſen ad uſus ſui conuentus duoſ manſoſ in bothſem a domina blitherade. et filio eius iohanne. pro decem talentiſ et dimidio que cum filia ſua obtulit eccleſie iam dicte. et treſ manſoſ a domina lutburge in ettſencanpe et a filiiſ eius. eilardo et ludolfo. pro decem talentiſ que etiam cum filiabuſ ſuiſ obtulit eidem eccleſie in pignore recepit. Vt igitur plena adhibeatur hiiſ ſcriptiſ fidutia. noſ iure hominii quo prefati homines bona prehabita a nobiſ poſſident. et ex bono affectu quo circa prehabitam ducimur eccleſiam litteriſ noſtriſ muniuimus et ſigillo. huius rei teſtes ſunt dominuſ Wilbranduſ de geſtorpe. dominuſ olricuſ de adenoyſ. dominuſ ludolfus de Wluinghuſen. dominuſ ſifrithus de aulica militeſ. hermannuſ de menda. et alii quam plures

Siegel vorhanden.

---

1) S. Note 1 zur folgenden Urk. 30 de 1254.

2) Ein Feld zwiſchen Boitzum und Wülfinghauſen.

3) Die Handſchrift iſt dieſelbe, wie ſie zwiſchen den Jahren 1230 und 1250 gewöhnlich iſt. Everwin von Adenſen erſcheint von 1220—1262, Propſt Heinrich von 1236 — 1243; (Propſt Ludolf zuerſt 1263) und Ulrich von Adenſen von 1243 — 1254.

Urk. 30.

Die Edlen Herren von Adensen Everwin Propst und Domherr zu Halberstadt, Diederich Cantor und Domherr zu Hildesheim und deren Brudersohn Johann von Adensen [1]) schenken der Kirche der H. Marie zu Wülfinghausen das Obereigenthum zweier Hufen Landes zu Boitzum (im Kirchspiele Wittenburg, Amts Calenberg), welche ihr Vasall Johann von Alferde dieser Kirche verkauft hat. Eldagsen, 1254.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis amen. Euerwinuſ dei gratia prepoſitus et canonicuſ haluerſtadenſis. Theodericus Cantor et Canonicuſ hildenſemenſis. et Johanneſ fratruelis ipſorum de adenoys. Vniuerſis chriſti fidelibus. Preſens ſcriptum Reſpicientibus in perpetuum. Qvoniam inpretermiſſe calcat iter mortis terre generatio tota. et tempora pretereunt. more fluentiſ aque. ne Res geſte in tempore ſimul cum tempore labatur. et obliuione ſev maliuolentia vel errore aliquando poſſit confundi. a pleriſque prouide Scripto perhennatur. Innoteſcat igitur. Preſentibus ac futuris. quod nos pari voluntate. atque vnanimi conſenſu coheredum noſtrorum. proprietatem duorum manſorum apud Buͦtzem Sitorum. quoſ iohannes de alforde a nobis tenuerat in feodo. quos et. vendidit eccleſie Beate Marie in wluinchuſen. in Remiſſionem Peccatorum noſtrorum eidem eccleſie contulimus libere perpetuo poſſidendam. Vt autem hec donatio Rata deinceps a nobis et a noſtris heredibus in poſterum inviolabiliter obſeruetur. Preſentem litteram diligentius conſcriptam. Sigillis noſtris fecimus Roborari. Acta ſunt hec in eyldageſſen anno gratie Mͦ.CCͦ.LIIIͦI. Pontificatus autem domini henrici hildenſemenſis Epiſcopi anno. Octauo. Preſentibus et teſtibus hiis. Nicholao Sacerdote. aſhwino de halboldeſſen. vͦlrico de adenoys. arnoldo et luithardo de yehuſen. Henrico agreſte. Wernero vlote. Henrico volcmari. Armigeriſ. Hildebrando iuxta cimiterium et hildebrando filio ipſius. ciuibus in eyldageſſen. et aliis quam pluribus tam clericiſ quam laicis.

Das erste Siegel fehlt. Das zweite ist unkenntlich. Das dritte zeigt das gewöhnliche Wappen der Edelherren von Adensen.

---

[1]) Everwin (1220—1262) und Diederich (1206—1262) von Adensen waren Brüder und des dritten Bruders Johann (1220—1253) Sohn war der hier mitgenannte Johann II. (1253—1304) S. Barsinghausen Note 1 zur Urk. 82.

Urk. 31.

Abt Ernst und das Capitel von St. Michaelis zu Hildesheim thun kund, daß Burchard, Prior und Küster ihres Klosters, mit Zustimmung des Capitels dem Kloster Wülfinghausen vier Hufen Landes zu Wülfinghausen verkauft hat. 1259.

Ernestus dei gratia abbas ſancti Michahelis in Hildenſem totumque capitulum ipſiuſ Monaſterii omnibus hanc litteram inſpecturiſ ſalutem. Quoniam malicia conditioniſ humane ad malum prona potiuſ eſt quam ad bonum. idcirco ea que ſalubriter acta ſunt et bene. ut in futurum

non aliqua malignitate ualeant retractari. et teſtium debent munimine. et ſcripti teſtimonio confirmari. Hinc eſt quod preſenſ. ſcriptum inſpecturiſ ſignificamus. quod dominuſ burkardus prior et cuſtoſ Monaſterij noſtri conſenſu capituli prepoſito in Wlfekuſen quatuor manſoſ in ipſa uilla ſitoſ acceptiſ ab eo. XXX. tribus talentiſ Monaſterio in wluechuſen iure perpetuo poſſidendaſ reſignauit. Teſteſ huius rei ſunt heynricus de Goſlaria Widkinduſ tidericus acco hermannus de alegrimmeſſem. Johannes de homborch et alij plureſ. acta ſunt hec anno dominj M̊.CC.L.VIIII ordinationiſ noſtre anno quinto.

Das runde Siegel des Capitels in weißem Wachse hängt an einer gewirkten weißen Litze und zeigt den heiligen Michael.

Urk. 32.

Propst Ludolf, Priorinn M. und das Capitel zu Wülfinghausen pachten vierzehn Joch Landes und eine Hausstelle zu Wülfinghausen vom Abte Hermann von St. Godehard zu Hildesheim. Wülfinghausen, 1263.

Ludolfuſ dei gratia prepoſituſ in wluinghuſen. M. prioriſſa. totumque capitulum ſanctimonialium ejuſdem loci. Vniuerſiſ chriſti fidelibus preſenſ. ſcriptum jnſpecturiſ ſalutem in nomine iheſu chriſti. Ne ea que fiunt ſub tempore ſimul cum tempore euaneſcant. poni ſolent in ſcriptis. ac etiam voce teſtium communirj ad noticiam proinde tam futurorum quam preſentium cupimus peruenire. quod cum Monaſterium ſancti Godehardi in hildenſem. Quatuordecim iugera in campo noſtro et vnam aream ante valuam curie noſtre in wluinghuſen obtineret. Et Eccleſia noſtra a uillico bona eadem excolente turbationes et Moleſtationeſ multipliceſ ſuſtineret. Honorabili viro domino Hermanni dicti Monaſterii abbati deuotione ſinceraſ fudimuſ preceſ noſtraſ. Qvatinus ſupradicta jugera cum area locare noſtre eccleſie ſub pacto cenſuſ annuj dignaretur. Predictuſ uero abbaſ noſtraſ. Moleſtacioneſ conſideranſ et iacturaſ. ad peticioneſ noſtraſ premiſſa iugera cum area attinente noſtre Eccleſie ſub hac forma. Quod quandiu ſepe dicto domino abbati ſuiſque ſucceſſoribus placuerit. Qvinque ſolidoſ anniſ ſinguliſ perſoluamus in feſto ſancti Michaheliſ debito cenſuali. adjectum eſt etiam quod ſi idem dominuſ abbaſ uel ſuorum aliquiſ ſucceſſorum de premiſſiſ boniſ aliud quod ſuo monaſterio meliuſ uidebitur expedire voluerit ordinare hoc abſque difficultate et contradictione noſtra faciet et diſponet. Ne igitur ſuper hiiſ cuiquam hominum dubium oriatur preſentem litteram inde conſcriptam ſigilliſ duobuſ noſtro uidelicet et eccleſie noſtre duximus muniendam. Ipſam ſepe dicto Monaſterio ſancti Godehardi in robur validum et teſtimonium ſufficientius eroganteſ. Datum wuluinkhuſen. Anno. domini. M̊.C̊C̊.LXIIÍ.

Zwei sehr verletzte Siegel in weißem Wachse an Pergamentstreifen.

Urk. 33.

Die Gebrüder von Hohenbüchen [1]), Hoyer Domscholaster zu Hildesheim und Ulrich, verkaufen dem Propste und Convente zu Wülfinghausen die

[1]) S. Note 1 zur Urk. 45 vom 3. Februar 1300.

Vogtei über Güter zu Holtensen (im Kirchspiele Eldagsen, Amts Calenberg), welche sie von der Kirche zu Corvey zu Lehn getragen haben. Hildesheim, 23. März 1265.

(Nach dem Original. — Abgedruckt in den Hannoverschen Gel. Anz. von 1753 p. 120 und bei Grupen in Obferv. rer. et ant. Germ. et Rom. p. 218. — Vergl. Urk. 26 de 1248.)

Vniuerfif prefentem paginam infpecturif. Hogeruf hildenfemenfis fcolafticus. et Olricuf de altafago fratref in domino caritatem. Prudenf decreuit antiquitaf ut ea que geruntur ab hominibuf. fcriptif autenticif commendentur. Notum igitur effe cupimuf tam prefentibuf quam futurif quod nof aduocatiam bonorum in holthufen quam ab ecclefia Corbeygenfi tenuimus iure pheodali prepofito et conuentuj fanctimonialium in wlfinghufen uendidimuf pro certa pecunie quantitate. Et ut hoc ratum feruetur litterif prefentibus confirmamus. Ne autem in bonis uel in hominibus racione bonorum uel aduocatie ecclefie in wlfinghufen cum pertinentibus quicquam iuris uideamur habere appenfione figillorum maiorif ecclefie in hildenfem. et w. prepofiti montif fancti mauricii. et noftrorum prefentem paginam duximus roborandam. Teftef huius rei funt. Decanus Cellerarius Magifter Johannes volmarj. Bernarduf de Dorftat. arnoldus de wereberghe. hildenfemenfis ecclefie canonici. Bertoldus pil. Johannes de Sutheren et filius fuus. Hermannuf boc. Tidericuf de reden. Johannef de Berninggerode. Henricus pincerna. et Erneftus filius eius. Henricus de berenrode. militef. Bertolduf. et Gerardus de ezeleze. Borgardus et Henricus de wlfinghufen. Lambertuf et ekdehardus de felethe. et alii quam pluref. Actum anno domini. M.^o^C.^o^C.^o^LXV.^o^ in Hildenfem. fecunda feria poft Benedicti.

Das Siegel des Domcapitels, an einer Schnur von rothem und weißem Zwirn, ist zerbrochen; das Siegel des Propstes zu Moritzberg, an rother und weißer Schnur, stellt die Figur des heiligen Moritz dar; die Siegel der Gebrüder von Hohenbüchen sind abgefallen.

Urk. 34.

Bischof Otto, Propst H., Dechant Johann und das Domcapitel zu Hildesheim ermahnen und bitten alle Pfarrer, Vicarien und sonstige Kirchherren in ihrer Diöcese, das nothleidende Kloster Wülfinghausen nach Kräften zu unterstützen und befehlen ihnen, den Gesandten des Klosters bei ihren Sammlungen förderlich zu sein. 17. März 1272.

Otto dei gratia hildenfemenfis Electus. H. prepofituf Jo. Decanus totumque ejufdemque ecclefie capitulum vniuerfis plebanif vicarijs ceterifque ecclefiarum rectoribus per noftram dyocefin conftitutif falutem jn omnium faluatore. Inter alia opera mifericordie que inducunt diuinam gratiam ad parcendum elemofina eft que aperte multitudinem peccatorum iram dei mitigat dat in prefenti gratiam et adicit gloriam in futuro. Idcirco ad exhibicionem eius et maxime pauperibus ihefu chrifti vof libenti animo inuitamus. Cum igitur clauftrum in wluinghufen per venerabilem patrem epifcopum Conradum bone memorie predeceфforem noftrum elemofinis fidelium inftauratum per diutinam cariftiam *(sic)* jam ad tantam deuenerit inopiam quod etiam in

eo deo dicate uirginef etiam cottidiano uictu fuftentari non poffint nec adici poffit qualiter iddem *(sic)* clauftrum refurgat nifi per dei mifericordiam celeri remedio per elemofinaf fidelium fuccuratur eidem vniuerfitatem ueftram rogamus monemus et in domino exhortamur in remiffionem peccaminum nichilominus vobis iniungentef quatinus de bonif a deo vobis collatif ad fuftentacionem dictarum virginum et recuperacionem paupertatis ipfiuf clauftri que heu nimia eft ficut fc(*imus*) et ipfi oculata fide uidimus piaf elemofinaf et grata karitatis fubfidia erogetif vt per hec et alia bona que domino infpirante feceritif ad eterne poffitif felicatif [1]) gaudia peruenire hinc eft quod vobis facerdotibus in virtute fancte obediencie precipiendo mandamus quatinus nunciof ejusdem clauftri cum ad vof pro colligendif fidelium elemofinif accefferint in domibus ueftrif benigne recipiatif diem aduentuf eorum quem lator prefencium vobis nominauerit tamquam diem dominicum celebrem ac feftiuum indicentef populum vobif fubiectum fideliter exhortando vt ad ecclefiam ueniant ibique decenter permaneant quoufque miffa fuerit celebrata et negocium dicti clauftri fideliter confummatum fi quif autem veftrum huic mandato noftro contumax aut rebellis extiterit ut minime credimus pro contemptu et inobediencia eundem puniemus. Datum anno domini. M.CC.LXXII. die gertrudif virginif.

Siegel abgefallen.

---

[1]) Für felicitatif.

Urk. 35.

Bischof Otto zu Hildesheim schenkt mit Zustimmung seines Capitels dem Kloster Wülfinghausen das Obereigenthum der vom Ritter Bodo von Elze und von den Söhnen des Ritters Thethard Pape ihm resignirten Saalmühle (zwischen Eldagsen und Quanthof im Amte Lauenstein). Hildesheim, 31. December 1273.

Otto dej gratia Hildenfemenfis Electus Tenore prefentium notum effe uolumus et conftare, quod cum Bodo Miles dictus de Aulica, et Erneftus et Gerardus fratres filij Thethardi Militis dictj pape de confenfu heredum fuorum Molendinum iuxta Sale nobis refignaffent, ipfum Molendinum cum proprietate nec non cum omnj iure quod in ipfo habuimus, de confenfu Capitulj noftrj Clauftro in Wluinghufen Hildenfemenfis dyocefis contulimus propter deum Sperantes quod in ipfo deo dicate virgines pro hac noftra liberalitate apud deum memores noftrj erunt. Vt autem hec noftra collatio firma et inconuulfa perpetuis temporibus perfeueret, prefens fcriptum inde confectum Sigillis, noftro et Capitulj noftrj fecimus communirj. Teftes hujus rej funt Albertus Hermannus Bertrammus. fratres dictj Bok. Eylardus de Doteffem. Bertoldus de aulika. Hermannus de Dudinge. Godefridus de aulika. Conradus de Berenrodhe. Milites, et alij conplures. Datum Hildenfem, anno dominj. Millefimo. CC.LXXIII. pridie kalendas Januarij.

Das Siegel des Bischofs Otto (stehende Figur) vorhanden. Das Siegel des Domcapitels abgefallen.

Urk. 36.

Johann Edler Herr von Adensen [1]) resignirt seinem Lehnsherrn, dem Bischof Otto zu Hildesheim, zu Gunsten der Kirche der heiligen Marie zu Wülfinghausen einen Hof und den Zehnten [2]) zu Boitzum (Amts Calenberg). 11. Juni 1277.

(Vergl. Urk. vom 23. April 1287.)

Johanneſ dei gratia homo nobiliſ dictus de adenoiſ preſenſ ſcriptum uiſuriſ et audituriſ ſalutem in uero ſalutarj, Quum ſumme felicitatiſ bonum in eccleſia dej fore dinoſcitur, lucuſ animarum ſtudioſe jntendere ſingulj ſuum circa hoc debent ordinare conſilium ut eterne ſalutiſ a ſe meritum non excludant. Nouerint igitur uniuerſj tam preſenteſ quam poſteri quod noſ bona unjus manſi, et decime cujusdam uille dicte bozen que hactenus ab eccleſia hildenſemenſi habuimus iure feodalj, jn preſencia dominj noſtrj ottoniſ uenerabiliſ epiſcopj pure propter deum nec non eccleſie ſancte marie jn wluinchuſen reſpectu reſignaujmus abſolute, Que uidelicet bona eadem eccleſia ſibj comparauit cum omnj jure perpetuo poſſidenda, Ne igitur in poſterum aliquiſ ſuper hiſ poſſit (*u*)acillare, preterea ne ſepe dicta eccleſia a noſtriſ legitimiſ heredibus jndebite valeat moleſtarj, ſed ut hec reſignacio permaneat illibata, preſentem litteram ſigillj noſtrj robore fecimus communirj Hujus rej teſteſ ſunt iohanneſ ſummus prepoſitus, Lippoldus decanus, werneruſ plebanus, bernardus de dorſtat, arnoldus de werberg cono prepoſitus, magiſter leonjus, iohanneſ de medehem, canonicj hildenſemenſes. Haſcwinus et conradus de ſtenberg, albertus bok, Johanneſ de wluinge. lukemannus de genhuſen, militeſ Henricus plebanus de aulika [3]), Henricus plebanus de eldaſen. Acta ſunt hec anno jncarnacioniſ dominice. M°.CC°.LX°X°.V°II jn die barnabe apoſtoli.

Siegel abgefallen.

---

1) S. Barsinghausen Note 1 zur Urk. 82.

2) Vergl. Urk. vom 17. Mai 1283.

3) Elze im Amte Poppenburg.

Urk. 37.

Graf Wilbrand von Hallermund [1]) schenkt der Kirche der H. Marie zu Wülfinghausen seine Mühle bei Eldagsen. 1279.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatiſ amen. Comeſ Willebrandus in halremunt vniuerſis chriſti fidelibus preſenſ ſcriptum intuentibus in chriſto iheſu omnium ſaluatore ſalutem. Quum inpretermiſſe calcat iter mortiſ terre generatio tota et tempora pretereunt more fluentiſ aque ne reſ geſta in tempore ſimul cum lapſu temporiſ euaneſcat ſeu errore aut maliuolencia confundatur ſolet a pleriſque diſcrete ac prouide ſcripti teſtimonio perhennari. Innoteſcat igitur litteriſ noſtriſ tam preſentibus quam futuriſ quod ego comeſ Willebrandus molendinum meum

---

1) S. Allegat zur Urk. 22.

ſitum apud uillam ſcilicet eldageyſſen contuli eccleſie beate Marie virginis in Wluinchuſen pro remedio anime mee cum omnibus attinenciiſ ſuis et fructu et hoc de unanimi conſenſu coheredum meorum iure perpetuo poſſidendam. Ne autem aliquis hanc prefatam eccleſiam in eodem molendino deincepſ indebite attemptet moleſtare rem geſtam duximus conſcribendam et ſigilli noſtri appenſione roborandam. Huius rei teſteſ ſunt dominuſ Johanneſ de adenoyſ dominus Lukemannus. arnoldus fratreſ dicti geyhuſen Euerardus rumeſcotele. Wicbrandus militeſ. dominus henricus plebanus in eldageyſſen. hermannus bogeyl aduocatus et alii quam pluref. Acta ſunt hec anno domini M°.CC°.LXXVIII°I°.

Siegel des Grafen Wilbrand von Hallermund, Herzschild mit den drei Hallermunder Rosen. Umschrift: „Sig. Willebrandi comitis de Halremunt".

Urk. 38.

Ritter Johann von Adensen schenkt den Zehnten in und vor Boitzum dem Kloster Wülfinghausen. 17. Mai 1283.

(Vergl. Urk. vom 11. Juni 1277.)

Nos. Johannes miles de Adenoys tenore preſentium recognoſcimus litterarum. quod cum conſenſu et uoluntate omnium heredum noſtrorum. Decimam in Botſem cum omnj fructu et vtilitate tam in villa quam extra villam clauſtro in Wluighuſen ac Dominabus ibidem domino deo ſeruientibus contulimus iure perpetuo poſſidendam, In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum predicto clauſtro et Dominabus ibidem dedimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum anno dominj. M°.CC°.LXXX°. Tercio. XVI°. kalendas junij.

Siegel abgefallen.

Urk. 39.

Bischof Otto zu Hildesheim schenkt mit Zustimmung seines Capitels dem Kloster Wülfinghausen eine Hufe Landes und den Zehnten in und vor Boitzum, welche Ritter Lukmann von Jeinsen dem Edlen Herrn Johann von Adensen und dieser dem Bischofe resignirt hat. Hildesheim, 23. April 1287.

(Vergl. Urk. vom 11. Juni 1277 und vom 17. Mai 1283.)

Otto Dej gratia Hildenſemenſis Epiſcopus. Ne ea que aguntur coram nobis excidant a memoria que res fragilis eſt conſueuimus ea ſcriptis autenticis roborare. Sciant igitur tam preſentes qvam poſterj quod cum prepoſitus et Conuentus in Wluinghuſen Hildenſemenſis dyoceſis Manſum unum et decimam in villa Bocem iuxta eos ſita a Lukemanno Milite dicto de Jegenhuſen de conſenſu heredum ſuorum quorum intererat comparaſſent facta reſignatione predicti militis in manus Johannis nobilis de Adenoys fidelis noſtrj a quo dicta bona tenuit nos recepta poſtmodum reſignatione ipſius nobilis prefata bona uidelicet manſum et Decimam cum eorum proprietate nec non cu(*m omn*)i iure et (*uti*)litate in (*eadem*) villa et extra in agris et in paſcuis et in ſiluis Clauſtro in wluinghuſen pro remedio anime noſtre de conſenſu Capitulj noſtrj contulimus in perpetuum poſſidenda. vt autem hec noſtra collatio firma et inconuulſa perpetuis temporibus per-

seueret presens scriptum inde confectum Sigillis nostro et Capitulj fecimus communirj. Testes huius rei sunt Johannes Maior prepositus. volradus Montis prepositus. Bernardus de Dorstad. arnoldus de werberge. wernerus plebanus. prepositus Cono. canonicj Hildensemenses Ecbertus Camerarius. Conradus Marscalcus. Ernestus Pincerna. Ludolfus de Cramme. Johannes et Conradus fratres de Stenberg. Thidericus de Stockem. Hermannus de Ganderssem. albertus Bok. Johannes de wluinge. Hermannus de Stempne. Eckehardus *(de le)*uenstede. Milites. Hermannus et Ernestus Bok fratres. arnoldus et albertus Bok fratres. albertus Bok famulj. et alii quam plures. Datum Hildensem anno. Incarnacionis dominice Millesimo CCLXXXVII. VIII. kalendas Maij.

Siegel des Bischofs. Siegel des Capitels.

Urk. 40.

Gräfinn Adelheid von Hallermund [1]) verkauft mit Zustimmung ihres Sohnes Gerhard und ihrer Tochter Jutta der Kirche zu Wülfinghausen zur Zeit des dortigen Propstes Florenz all ihre Rechte an dem Zehnten zu „Verdessen" [2]). 1. Mai 1289.

(Vergl. Urk. vom 15. Juli 1289.)

IN nomine sancte et indiuidue trinitatis, Adelheydis dej gratia Comitissa in Halremunt, Omnibus in perpetuum. Cvm ea que aguntur in tempore labantur simul cum tempore, expedit, vt in scripta publica redigantur, Notum sit igitur vniuersis, tam presentis temporis quam futurj, quod nos, cum filio nostro Gherhardo comite juniore, et cum filia nostra jutta matura deliberatione et sufficientj consilio prehabito, ecclesie in vuluinchusen, sub temporibus florentij eiusdem ecclesie prepositj. pro vigintj, marcis bremensis argenti dedimus, quicquid iuris habuimus in Decima. jn verdessen, perpetuo possidendum. vt igitur hec nostra donatio et vendicio firma et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret, presens scriptum inde confectum, sigilli nostri appensione duximus roborandum. Testes autem huius rej sunt, henricus plebanus in Eldaghessen, Item, Mauriciuf comes de Speyghelberghe junior [3]), Item, bertrammus de harboldessen, lukemannus de Geynhusen, Wikbrandus de harboldessen milites, Item Johannes de bernhusen, Johannes filius luckemannj, Baldewinus de lapideo monte et quam plures alij fide dignj. Actum et Datum Anno dominj, M°,C°C°,LXXX°. IX. in die Beate Walburgis virginis.

Das Siegel der Adelheid von Hallermund zeigt die Gräfinn stehend, in der linken Hand einen Herzschild mit den drei Hallermunder Rosen, in der rechten den Helm.

---

1) S. Allegat zur Urk. 22.

2) Vergl. Note 2 zur Urk. 20.

3) S. Arch. Wunstorf Note 1 zur Urk. 29 de 1281.

Urk. 41.

Johann von Adensen verkauft der Kirche zu Wülfinghausen den Zehnten

in „Verdessen“ und resignirt denselben seinem Lehnsherrn, dem Bischofe Sigfried zu Hildesheim. Hildesheim, 15. Juli 1289.

(Vergl. Urk. vom 1. Mai 1289.)

Nos Johannes dictus de Adenoys Omnibus quibus presens scriptum exibitum fuerit notum esse cupimus quod de (*consensu*) heredum nostrorum vendidimus ecclesie sanctemonialium in Wluinkhusen. Decimam in verdessen pro . . . ginta marcis bremensis argenti. et in manus venerabilis domini nostri Sifridj Hildensemensis ecclesie episcopi resignauimus a quo (*iure*) feodali posside(*ramus*) predicte ecclesie in Wluinkhusen iure proprietario perpetuo possidendam. Testes huius venditionis sunt. Arnolduf decanus. bernardus scolasticus. Johannes celerarius. Johannes . . . . . . dhen canonicj hildensemenses. Ecbertus camerarius. Ernestus pincerna. Johannes de Wluinge. Conradus . . . . . . Ludoldus de escerte Basilius de rutenbergh. Albertus bok Lukemannus de geynhu(*sen mi*)lites. Arnoldus bok Ernestus frater suus. Bodo de aulica hermannus bok. her. de ger . . . . . sen et alii quam plures. Vt autem hec rata permaneant sigilli nostri munimine fecimus communirj. Datum et (*actum*) Hildensem. anno dominice incarnationis. M°(*CC*.)LXXXIX°. Idus Julii.

Siegel abgefallen.

Urk. 42.

Bischof Sigfried zu Hildesheim schenkt mit Zustimmung seines Capitels dem Kloster Wülfinghausen das Obereigenthum des vom Edelherrn Johann von Adensen ihm resignirten Zehnten zu „Verdessen“. Hildesheim, 15. Juli 1289.

(Vergl. die vorhergehende Urk. vom 15. Juli 1289.)

In nomine domini amen. Sifridus dej gratia Hildensemensis Ecclesie Episcopus, Omnibus in perpetuum. Officij nostri debitum exigit, et requirit, vt Commodo, et quietj, et vtilitati nostrorum Subditorum pro nostro posse et viribus intendamus. Igitur Notum esse volumus tam presentibus quam futuris quod de consensu et beneplacito nostri Capituli pro salute et remedio anime nostre et spe retributionis eterne proprietauimus Monasterio sancte Marie in Vuluinchusen et Sanctimonialibus ibidem Decimam in Verdessen quam dominus Johannes de adenoys nobilis a nobis in pheodo tenuerat resignatione libera accepta ab eodem. Vt autem hec nostra proprietatio predicto Monasterio facta perpetuis temporibus firma permaneat presentem literam, Sigillis nostro, et nostri Capituli fecimus communiri. Testes sunt Johannes maior prepositus, arnoldus Decanus Wlradus montis prepositus. Geveh. prepositus sancte Crucis Bernardus Scolasticus, Johannes Cellerarius Canonici. hildensemenses. Ecbertus Camerarius, Ernestus pincerna, Sifridus de Rutenberg, albertus Bok, milites. Hermannus et arnoldus Bok, famuli et alii quam plures. Datum Hildensem anno domini Millesimo CC.LXXX. IX Idus Julij.

Siegel abgefallen.

Urk. 43.

Erzbischof Bonaventura zu Ragusa und vierzehn mit ihm genannte Bischöfe ver-

sprechen allen denjenigen, welche an bestimmten Festtagen die Kirche des Benedictiner-Klosters Wülfinghausen besuchen, ihr etwas schenken oder vermachen einen vierzigtägigen Ablaß. Rom, 1295.

Uniuersis sancte matris Ecclesie filijs ad quos presentes littere peruenerint. Nos dei gratia Bonauentura Ragusinus Archiepiscopus, Petrus stangnj et Curszule Andreas Liddensis. Aymardus Lucerie Azo Casertensis, Ciprianus Bonensis, frater Michael Albaniensis, frater daniel laquedoniensis, franciscus fanensis, perronus Larinensis. Romanus Croensis, Lambertus veglensis, Paulus Melsectensis, Hubertus feretranus et frater Jacobus Acernensis Episcopi. Salutem et sinceram in domino karitatem. Ad diuine laudis obsequium, basilice omnium sanctorum in tytulum eriguntur, ut in eis que domus oracionis existunt, suffragia beatorum agminum implorentur, quorum presidijs, christi fideles eterne felicitatis premia consequantur. Terrestris quidem Ecclesia, celestis mansionis edificium representat, et in hac exhiberi debet obsequium, quo ad illam mansionem, per feliciorem ascensum possit aditus preparari. Cupientes igitur ut Ecclesia Monasterij monialium de Wuluenchusen, ordinis sancti Benedicti. Hildensemensis diocesis, pia deuocione uisitetur, et a christi populo iugiter veneretur. Omnibus uere penetentibus et confessis, quj ad Ecclesiam dicti Monasterij in festis infranotatis. Videlicet Natiuitatis dominj Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, et in quatuor festiuitatibus beate et gloriose virginis marie, et festo omnium sanctorum, in die Parasceue, in festis inuencionis, et exaltacionis sancte crucis, sancti Michaelis archangeli, sanctorum Johannis baptiste, et Euangeliste, in festo sanctorum, Petri et Pauli, et omnium apostolorum. beatorum, Laurencij et Blasij martyrum, sanctorum Nicholay, et martinj confessorum, beatarum Katerine et Margarete virginum. sanctorum Augustinj Benedicti et Bernardi confessorum, et in dedicacione ipsius, et omnium altarium ibidem constructorum, et precipue in festis illorum sanctorum, ad quorum laudem et honorem predicta ecclesia constructa existit, et per septimanam reuerende passionis dominj, usque ad octauas pasche, et per octauas predictorum festorum, octauas habentium, causa deuocionis accesserint, seu ibidem diuinum officium in festis audierint prelibatis. uel quj ad fabricam luminaria, ornamenta, seu aliqua necessaria ipsius ecclesie, manus porrexerint adiutrices. uel in ultimis uoluntatibus quicquam facultatum suarum legauerint, seu dederint ecclesie prelibate. Nos de omnipotentis dei misericordia, beateque semper virginis Marie, beatorum. Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi. Quilibet nostrum quadraginta dies de penitencijs Sibi iniunctis dummodo consensus diocesanj ad id accesserit, misericorditer in domino relaxamus In cuius rei testimonium presentibus Sigilla nostra duximus Singillatim apponenda. Datum Rome, apud sanctum Petrum. Anno dominj Millesimo ducentesimo LXXXX. quinto, Pontificatus dominj Bonifacij pape Octauj Anno Primo.

Funfzehn wohlerhaltene Siegel in rothem Wachse an roth und gelb seidenen Schnüren.

Urk. 44.

Johann von Adensen [1]) schenkt unter Zustimmung seiner Söhne Friedrich Canonicus zu Hildesheim und Johann, wie auch Gerhard's des Jüngern,

[1]) S. Barsinghausen Note 1 zur Urk. 82.

Junkers von Hallermund [2]), und seiner Töchter Adelheid, Gisla, Gertrud und Margarethe, ehemals Canonissinn zu Gandersheim, dem Convente zu Wülfinghausen zwei und eine halbe Hufe zu „Harboldeſſen“ [3]) nebst der Vogtei. Eldagsen, 1297.

In nomine dominj amen. Johannes nobilis de adenoys, Omnibus in perpetuum, Ne Res geſte a memoriis euaneſcant, poni ſolent in lingua teſtium, aut ſcripture teſtimonio perhennarj. Nouerint igitur tam preſentes quam moderni. quod nos de conſenſu filiorum noſtrorum Fridericj videlicet Canonici Eccleſie hildenſemenſis, et Johannis, Gherardi etiam junioris domicellj de halremunt Nec non filiarum noſtrarum alheydis, Giſle et Gertrudis. et Margarete quondam Canonice jn Ganderſem et aliorum heredum noſtrorum quorum conſenſus in iſtis erat non inmerito Requirendus, duos manſos et dimidium ſitos in harboldeſen, quos hermannus dictus Scenehals a nobis in pheodo tenuit, Poſt liberam ipſius et heredum ſuorum Reſignacionem, Conuentuj Sanctimonialium jn Wlvinghuſen, in proprium dedimus libere et ſolute, Cum omnj vſufructu, et attinencijs, pratis, areis, aquis, paſcuis, ſiluis, cultis pariter et colendis cum aduocatia quoque ad nos pertinente, et cum omnibus aliis attinentiis eorundem, jure perpetuo poſſidendos, vt autem hec noſtra donatio rata et inuiolabilis perſeueret et ne aliquam Super hiis calumniam ab aliquibus in poſterum paciatur, Ne quod etiam dubium futuris temporibus ſuper hiis valeat ſuborirj, Preſentem literam Super hiis confectam et conſcriptam, Sigillis prefatorum in Euidens teſtimonium fecimus communirj. Huius rej teſtes ſunt et preſentes fuerunt Johannes de Rodhen [4]) Canonicus Eccleſie hildenſemenſis Gherardus prepoſitus Sororum ſancte Marie Mag*(dalene ciui)*tatis eiuſdem, Hildebrandus plebanus in biſcopinche*(ro)*dh*(en)* Theodolfus viceplebanus in Eldageſſen, Erneſtus pincerna . . . . . albertus dicti Boc. Boldeuinus in Stenberghe, Johannes de Gheyghuſen Milites, hermannus Boc. Johannes et thedericus fratres dicti de Wlvinghe, Albertus et Fridericus et hinricus fratres dicti de Geyghhuſen Otto et Borchardus frater dicti Gripen Johannes de Molendino, famulj. et alij quam plures fide dignj, Datum et actum Eldageſſen, anno dominj M.C^o^C^o^X^o^C^o^. VII^o^.

Siegel des Johann von Adensen abgefallen. Siegel des Domherrn Fridrich von Adensen und des Grafen Gerhard junior von Hallermund vorhanden.

---

2) S. Barsinghausen Note 1 zur Urk. vom 10. Juli 1278 und Loccum Note 1 zur Urk. de 1243.

3) Vergl. Note 2 zur Urk. 16.

4) Gehörte nicht zu den Grafen von Roden (Wunstorf).

Urk. 45.

Lippold von Hohenbüchen [1]) schenkt mit Zustimmung seiner Erben Lippold, Ba=

---

1) Dieser Lippold der Aeltere von Hohenbüchen (1281—1308) kommt in der Wennigser Urk. v. 25. Jan. 1282 mit seinem ältern Bruder Diederich (1281—1290) unter dem Namen de Roththinge vor und hatte nach einer Locc. Urk. de 1294 eine Tochter des Edelherrn Johann von Adensen Namens Gertrud zur Gemahlinn. In einer Marienroder Urk. de 1300 wird er „de Roddingen

sil und Diederich, wie auch Johann und Lippold des Jüngern dem Kloster Wülfinghausen das Obereigenthum einer Hausstelle und vier Joch Landes zu Alferde (Kirchdorf, Amts Calenberg), welche Propst Hartmann und der Convent zu Wülfinghausen von seinem Vasallen Eckhard gekauft haben. Hildesheim, 3. Februar 1300.

(Nach dem Original. — Abgedr. in Hannov. Gel. Anz. 1753 p. 128 f. mit dem Siegel „† S. Lippoldi de Honboken".)

---

vel Honboken" und in der gegenwärtigen Urk. vom nämlichen Jahre werden seine „heredes Lippoldus, Basilius et Thidericus nec non Johannes et Lippoldus iun." genannt. Die Worte „nec non" führen in Verbindung mit andern Daten zu dem Zweifel, ob die zuletzt genannten Johannes et Lippoldus iunior etwa des ältern Lippold's Großsöhne waren, und ob darnach der Lippoldus Miles de Rothinge in der Locc. Urk. v. 30. April 1302 (mit seinen Söhnen Joannes, Lippoldus et Ber.) etwa schon des ältern Lippold's (in der gegenwärtigen Urk. vorangenannte) Sohn gl. Namens gewesen und zwar derjenige Lippold sei, welcher in einer spätern Locc. Urk. vom 25. Juni 1316 mit seiner Gemahlinn Cunigundis und seinen Kindern Lippoldus, Basilius, Bertoldus, Reynerus, Henricus, Bodo, Hildegardis et Cunegundis vorkommt. Dieses jüngern Lippold's in des ältern Lippold's Urk. de 1302 mitgenannter (ältester) Sohn Johann scheint 1316 schon verstorben gewesen und dagegen die jüngern Kinder hinzugekommen zu sein. Der ältere Lippold und sein ältester Sohn Lippold werden in einer Amelungsborner Urk. de 1301 (Falke 591) als „milites" und seine beiden jüngern Söhne Beseko (Basilius) und Theodericus als „famuli" bezeichnet. Die Annahme, daß der Lippoldus de 1294, welcher die Gertrud von Adensen zur Gemahlinn hatte, eine Person gewesen sei mit demjenigen Lippoldus de 1316, dessen Gemahlinn Cunegundis hieß, daß der ältere Lippold mithin zwei Gemahlinnen gehabt habe (Grupen in den Hannov. Anz. 1753 S. 123), findet einigen Widerspruch in den Namen und der Reihefolge der in den Jahren 1300. 1302 und 1316 aufgezählten Söhne. Der ältere Lippold kommt mit seinen in den Jahren 1300 und 1301 genannten drei Söhnen nochmals im Jahre 1305 vor (Falke 876). Ueber dieses (ältern) Lippold's (1281—1308) Eltern ist nichts bekannt. Wahrscheinlich war er ein Sohn desjenigen Thidericus, welcher in den Jahren 1243—1259 vorkommt (Grupen l. c. S. 127), und dieser dürfte wohl eine Person mit demjenigen Fridericus sein, welcher in einer Urk. de 1243 (mit seinem ältern Bruder Lippoldus) als Sohn des Fridericus genannt wird (Havemann im Vaterl. Arch. 1843 S. 124). Fridericus wird für Thidericus (1224—1243) verschrieben sein, da der letztere Name in mehreren folgenden Generationen wiederkehrt. Die Acten über die Stammverwandtschaft der Herren von Rössing mit den Edelherren von Hohenbüchen (de Altafago) können für geschlossen noch nicht angenommen werden. Die dafür angeführten Gründe sind allerdings von Gewicht, aber einige derselben bedürfen noch einer bessern Nachweisung, um als Beweis zu gelten, wohin namentlich die angegebene völlige Gleichheit des Wappens zu rechnen ist (S. unten). Wir wissen zwar, daß die Herren von Rössing »de Graveschup to der Hogenbocken« 1355 an die Edelherren von Homburg abgetreten haben, wir wissen aber nicht, wann und wie solche in ihre Hände kam. Die Kenntniß der Art dieser Erwerbung würde für die Frage über die vorhin gedachte Stammverwandtschaft entscheidend sein. Ueber diese Edelherren von Hohenbüchen, von dem

Nos Lippoldus De Honboken. Omnibus in perpetuum. Gefta. vifa a memoria fugiunt et audita. nifi fuerint litteris et teftibus confirmata. proinde eft. quod notum effe volumus omnibus prefens fcriptum vifuris feu etiam audituris. quod vnam aream in villa Alforde fitam et quatuor iugera eidem ville adiacencia. que Ecgehardus ciuif ibidem a nobis in pheodo tenuit. prepofitus Hartmannus et Conventus jn Wluinghufen. pro fex talentif denariorum ibidem legalium a dicto Ecgehardo comparauerunt. Set quia predictorum bonorum proprietaf hereditario iure nos contingit. Nos. heredum noftrorum omnium uidelicet Lippoldi Bafilii et thidericj. nec non Johannis et Lippoldj iunioris. cum confenfu. Aree predicte Similiter et qvatuor iugerum memoratorum proprietatem. in aucmentum et fubfidium diuinorum luminarium ecclefie et Conuentuj in Wuluighufen. ob fpem diuine remuneracionif conferimus in hiis perpetuo poffidendam. Sperantes procul dubio, vt noftri, et noftrorum progenitorum memoria a conuentu pretaxato eo deuocius peragatur in euum. Huius rei teftes funt. Johannes. Canonicus et plebanus hildenfemmenfif. Geroldus prepofitus Sororum in hildenfem. Albertuf Bok. Arnoldus Bok. milites. Hermannuf bok et alij quam plures fide digni. Ne autem fuper hoc in pofterum dubitari contingat prefens fcriptum inde confectum Sigillo noftro duximus Roborandum. Actum et Datum Hildenfem. Anno domini M°.C°C°C°. In Craftino Blafii Martiris et pontificis.

Herzfiegel mit dem aufrechten gekrönten Löwen am Pergamentftreifen.

---

im Braunfchw. Kreisamte Greene belegenen Hohenbüchen benannt, ift nur Weniges ermittelt. Der Erfte, welcher unter diefem Namen vorkommt, war Konrad I. (1219—1240); deffen Gemahlinn muß diejenige Sophia de Altafago gewefen fein, welche in einer Urk. de 1262 ihre Mutter Oda de Meringen, ihren Bruder den Bifchof Volrad von Hildesheim und ihre Kinder Hoierus, Olericus, Mechtildis, Sophia, Conegunda et Oda nennt. (Grupen l. c. 119) Hoyerus (1244—1275) war Canonicus und Scholafter zu Hildesheim, Olricus nobilis vir dictus de Altafago oder de Honboken kommt 1229—1280 vor. Mechtildis war Aebtiffinn zu Gandersheim (1262—1270), Sophia Propftinn zu Quedlinburg (1256—1264), Cunegunda Canoniffinn dafelbft (1262—1264) und Oda war die Gemahlinn des Grafen Wedekind von Poppenburg (1230—1252), wenigftens nennt diefer Graf einigemal (1230—1243) feine Gemahlinn Uda und diefe nennt fich in einigen Urkunden „comitiffa de Poppenburg“ (1262—1270, in welchem Jahre der Graf Wedekind fchon verftorben war). Kinder fcheinen aus diefer Ehe nicht erwachfen zu fein. (Hiernach ift der Schluß der Note 1 zur Wunftorfer Urk. 29 zu berichtigen, wo diefe Uda und ihre Schwefter Mechthild (durch Kettner und Harenberg verleitet) irrig als geborne Gräfinnen von Poppenburg angegeben find.) Diefen fechs Gefchwiftern, die 1262 als Kinder der Gräfinn Sophie von Hohenbüchen bezeichnet werden, ift noch deren ältefter Bruder Konrad II. (1239—1253) zuzufetzen, welcher ebenfalls Canonicus und Scholafter zu Hildesheim war und in einer Urk. de 1240 (Scheidt vom Adel Urk. 2) ausdrücklich als Bruder des Edelherrn Ulrich von Hohenbüchen bezeichnet wird. Der nobilis Olricus de Altafago, welcher von 1229—1280 vorkommt, fcheint der letzte diefes Gefchlechts gewefen und kinderlos verftorben zu fein; in unfern Wülfinghäufer Urkunden kommt er 1248 allein und 1265 mit feinem Bruder dem Hildesheimer Scholafter vor (Hogeruf et Olricuf de altafago). — Originalfiegel der Edelherren von Hohenbüchen find uns noch zur Zeit nicht vor Augen gekommen, (die Siegel zur Wülfinghäufer Urk. de 1265 find leider abgefallen) und wir wiffen deshalb von deren Wappen nur dasjenige, was Grupen l. c.

118 angiebt und was Harenberg Tab. 36 in zwei Abbildungen dargestellt hat. Diese (ovalen) Siegel des Hogerus und des Otto (— soll wohl Olricus heißen? —), bei denen ein Jahr nicht angegeben ist, zeigen ein quer getheiltes Feld, unten einen aufrechten gekrönten Löwen, oben einen Baum (hohe Buche?), neben welchem im Siegel des Hogerus auf jeder Seite eine Rose und in dem Siegel des Otto auf jeder Seite ein kleiner Schild mit einem Querbalken zu sehen ist. — Lippold von Rössing nennt sich 1300 zum erstenmale de Honboken, und schon 1355 treten die Herren von Rössing ihr von Corvey zu Lehn gehendes Gericht zu Hohenbüchen an den Edelherrn Sigfried von Homburg ab (Falke 365). Der Stammsitz Rössing liegt im Hannoverschen Amte Calenberg. — Der Wappenschild der Herren von Rössing zeigt (wenigstens seit 1300) einen aufrechten gekrönten Löwen. Diesen führt namentlich Lippoldus de Honboken in seinem an der gegenwärtigen Urk. de 1300 hängenden Siegel (wie solches bei Grupen l. c. S. 129 gezeichnet ist). Im Jahre 1282 jedoch (Archiv Wennigsen Urk. 67.) führen Theodericus et Lippoldus de Roththinge zwei im Wesentlichen übereinstimmende Siegel, welche einen Herzschild mit drei doppeltblättrigen Rosen zeigen, wie sich solche in dem Hallermunder Wappen einfachblättrig finden. Diese bis jetzt unbeachtet gebliebene Verschiedenheit (unter den Siegeln de 1282 und 1300) führt zu der Frage, ob die Herren von Rössing den gekrönten Löwen etwa erst seit dem Besitze von Hohenbüchen mit den drei Rosen vertauscht haben. Von Interesse bleibt also die Vergleichung früherer Siegel, wozu uns zur Zeit keine Urkunden zur Hand gewesen sind.

Calenberger Urkundenbuch.

Achte Abtheilung. Archiv des Klosters Wülfinghausen.

Heft II. 1301 bis 1400.

Urk. 46.

Bischof Sigfried zu Hildesheim befreit das Kloster Wülfinghausen von der Verpflichtung, aus dem halben Klosterhofe daselbst den Zehnten an das Capitel zu Hildesheim zu entrichten. Hildesheim, 4. October 1302.

In nomine domini Amen. Sifridus dei gracia Hildensemensis ecclesie Episcopus. Omnibus in perpetuum Cum ad benefaciendum simus omnibus debitores, maxime tamen illis benefacere tenemur, qui magis nobis familiares existunt et specialiter sunt commissi Igitur notum esse volumus, tam presentibus quam futuris, quod cum medietas Curie claustri in wluinghusen esset Decimalis Capitulo nostro Hildensemensi et Annis singulis de animalibus et aliis soluere et dare decimam tenerentur, et per hoc, tam a nunctiis illam decimam petentibus, quam ab aliis, dictum Claustrum non modicum grauaretur Nos deuotis precibus Sanctimonialium, ibidem deo seruientium moti et inclinati, de consensu nostri, Capituli et beneplacito, dictam medietatem illius Curie ab omni absoluimus Decima, ac indecimalem reddimus, ita, quod deinceps de eadem, dare aut soluere Decimam non tenentur Omne jus, quod nostrum Capitulum in dicta Decima habere videbatur in dictum Claustrum liberaliter transferendo. Vt autem hoc factum nostrum perpetuis temporibus firmum permaneat presentem litteram sigillis nostro, videlicet, et nostri Capituli in euidens testimonium fecimus communiri Testes sunt arnoldus decanus Bernardus scolasticus. Bernardus Cantor Otto prepositus montis Conradus de Valkenstene, Bernardus de hardenberghe, Canonici Hildensemenses, Albertus et Arnoldus dicti Boc, johannes de wluinghe, Milites, wlbrandus de Harboldessen, Hermannus Boc Thide-

ricus de wluinghe, famuli noſtri miniſteriales et alii quam plures fide digni. Actum et Datum Hildenſem Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo ſecundo Quarto Nonas octobris.

Siegel des Bischofs abgefallen; Siegel des Domcapitels vorhanden, aber verletzt.

Urk. 47.

Ritter Lippold von Rössing leistet dem Kloster Wülfinghausen Gewähr für die demselben von den von Harboldessen verkauften vier Hufen Landes in „Hareboldeſſen“ [1]). 28. October 1302.

(Vergl. Urk. 48).

Nos Lippoldus miles de Rothinghe, et filii noſtri Lippoldus miles, et thidericus et Beſeco, ſub appenſione ſigillorum noſtrorum recognoſcimus, quod noſ eccleſie in wluinghuſen, fide data promiſimus, pro wilbrando de hareboldeſſen, et filiis fratris ſue Aſchwino et Lippoldo, et thiderico, ſi ipſi per ſe inpoſterum, ipſam eccleſiam, pro quatuor manſis ſitis in hareboldeſſen, quos eidem eccleſie vendiderunt, vellent, impetere, vel aliquis, ex parte eorum, quod nos dictam eccleſiam a talibus moleſtacionibus eripere debemus, et ad hoc faciendum nos preſentibus obligamus, Datum anno domini MCCC ſecundo, In die beatorum apoſtolorum Simonis et jude.

Siegel abgefallen.

---

1) „Hareboldeſſen“ lag nordöstlich von Eldagsen, nach Hallerburg hinwärts. Vergl. Note 2 zu Urk. 16.

Urk. 48.

Die Grafen Konrad und Johann, Gebrüder, und Ludolf von Wohldenberg schenken vor dem Bischofe Sigfried zu Hildesheim der Kirche zu Wülfinghausen das Obereigenthum von vier Hufen Landes und einer Hausstelle zu „Hareboldeſſen“ (nordöstlich von Eldagsen), welche die von Harboldessen der Kirche verkauft und ihnen resignirt haben. Ohne Jahr.

(Vergl. Urk. 47 vom 28. October 1302.)

In nomine domini amen Conradus et Johannes fratres et Ludolfus dei gratia comites de woldenberghe omnibus in perpetuum, ad perpetuam igitur rei memoriam notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris quod cum eccleſia in wluinghuſen, a wilbrando famulo de hareboldeſſen et a filiis fratris ſui, aſchwino et lippoldo et thiderico et ab eorum veris heredibus quatuor manſos ſitos in hareboldeſſen et aream cum aduocatia et cum omnibus eorum attinenciis emptionis tytulo comparaſſent (*sic*), quorum manſorum proprietas ad noſ pertinebat, nos recepta libera reſignatione dictorum manſorum a ſupradicto wilbrando et a

filiis fratris ſui aſchwino et lippoldo et thiderico eccleſie memorate coram venerabili viro domino Sifrido hilden̄ eccleſie epiſcopo pro remedio animarum noſtrarum et ad petitionem predictorum ſamulorum accedente conſenſu omnium noſtrorum heredum abſolute contulimus eorundem manſorum proprietatem iure perpetuo poſſidendam, nichil juris nobis aut heredibus noſtris reſeruantes in eiſdem Super quo ne prefate eccleſie in poſterum ſcrupuloſa queſtio valeat ſuboriri dedimus ei preſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum munimine roboratum. Huius rei teſtes ſunt [1]).

Von drei Siegeln der Grafen von Wohldenberg iſt nur das dritte erhalten.

---

[1]) Das Uebrige fehlt.

Urk. 49.

Knappe Aſchwin von Harboldeſſen verkauft dem Kloſter Wülfinghauſen eine Curie mit fünftehalb Hufen Landes zu Holtenſen (im Kirchſp. Eldagſen Amts Calenberg). 12. März 1304.

(Vergl. Urk. 50 vom 12. März 1304.)

Ego Aſcwinus ſamulus dictus de Hareboldeſſen recognoſco per preſentes, quod ego, eccleſie in wluighuſen, vendidi quotuor manſos, et dimidium manſum, cum curia, ſitos in Holthuſen, cum omnibus eorum attinenciis, in villa et extra villam, in ſiluis, campis et paſcuis, pro octuaginta marcis et ſeptem marcis, bremenſis argenti, iure perpetuo poſſidendos, ita quod in eisdem bonis, michi nichil iuris penitus reſeruaui et volo eidem eccleſie, bonorum predictorum warandiam ſacere, coram principibus, comitibus, et militibus, et vbicumque de jure fuerit facienda, et hoc ſub ſigillo meo publice profiteor et proteſtor, Teſtes huius rei ſunt, Albertus boc et Arnoldus boc et Johannes de wluigghe, milites et wilbrandus de Hareboldeſſen, et hermannus boc ſenior, et Hermannus boc iunior, ſamuli, et alii quam plures ſide digne. Datum Anno domini M^o^CCC^o^ quarto. in die beati Gregorii pape.

Siegel abgefallen.

Urk. 50.

Ritter Lippold der Aeltere von Röſſing ſchenkt dem Kloſter Wülfinghauſen das Obereigenthum an fünftehalb Hufen Landes mit einer Curie zu Holtenſen, welche Knappe Aſchwin von Harboldeſſen dem Kloſter verkauft hat. 12. März 1304.

(Vergl. Urk. 49 vom 12. März 1304.)

In nomine domini amen, Nos lippoldus miles senior dictus de rothinghe, omnibus in perpetuum, Nouerint vniuerſi, quod nos cum eccleſia in wluighuſen, a cognato noſtro

Afcwino, famulo de hareboldeffen, quatuor manfos, et dimidium manfum cum curia, fitos in holthufen, cum omnibus eorum attinenciis, emptionis titulo comparaffet, quorum bonorum proprietas ad nos pertinebat, prefate ecclefie pro remedio anime noftre, et ad peticionem confanguinei noftri Afcwini fupradicti, abfolute dedimus proprietatem bonorum fupradictorum iure perpetuo poffidendam. nichil iuris in eadem nobis penitus referuantes, et hoc fub figillo noftro publice proteftamur, Datum anno Domini M⁰CCC⁰ quarto, In die beati Gregorii pape.

Das Siegel zeigt einen Herzschild mit Löwen.

Urk. 51.

Graf Gerhard von Hallermund der Aeltere überläßt mit Zustimmung seines Vetters Gerhard von Hallermund dem Kloster Wülfinghausen zwei Joch Landes, „Marstal" genannt, mit der Curie „Burmestersworf" zu „Hoysen" (nordwestlich von Eldagsen)[1]. 1305.

Gherarduf nobilis dictus de Halremunt fenior vniuerfis quibus prefens fcriptum fuerit exhibitum fub fcripte rej cognofcere veritatem Notum effe volumus ad cautelam futuri temporif. . . conftare quod duo jugera in Hoyfen dicta marftal cum curia attinente que dicitur Burmefterefwort ab omni iure aduocatie libera vendidimus Monafterio et conuentuj in wluinghufen cum totiuf iurif integritate quod habent in pratif pafchuif atque siluis que accedente promiffione, confenfu et uoluntate fingulariter Gherardj dictj de Halremunt fratruelis noftrj et aliorum omnium quorum intereft heredum noftrorum iam dicto Monafterio in proprium dedimus et dimifimus cum proprietate liberaliter et dominio et pheodo nec non omni alio iure quieta et libera fruitione perpetuo poffidenda facturj dicto conuentuj fi res exigit fuper eifdem iugeribus iuftam warandiam vbi et quando erimus requifitj vt autem hec noftra donatio memorato monafterio firma iugiter perfeueret jn huius rej fignum hanc litteram eidem dedimus figillj noftrj munimine roboratam. Datum anno Domini M⁰CCC⁰V Actum Prefentibus Johanne Nobili dicto de Adenoys. Johanne milite dicto de jeynfen. et henrico famulo dicto wilde et ceteris quam pluribus fide dignis.

Siegel des Grafen Gerhard von Hallermund.

---

[1]) S. Urk. 22 de 1246.

Urk. 52.

Abt Lefhard, der ältere Abt Jordan und der Convent zu Loccum verkaufen dem Propste Bernhard, der Priorinn Elisabeth und dem Convente zu Wülfinghausen sieben Hufen Landes mit einer Curie und einer Hausstelle zu „Verdessen" (bei Eldagsen)[1]. 24. Juni 1305.

In nomine domini Amen. Nos frater Leyfardus, miſeracione diuina Abbas monaſterii Luccenſis, Jordanus, Abbas ſenior, . . prior, totuſque conuentus ibidem, ordinis Ciſtertienſis, in hiis ſcriptis, publice, in perpetuum recognoſcimus vniuerſis. Quod cum in neceſſitate quodam, pondere eciam debitorum releuando, pecunia indigeremus, ſeptem manſos, noſtre proprietatis, in campis ville verdeſſen ſitos, cum curia et vna area, in eadem villa, cum omnibus quoque ſuis iuribus, et pertinenciis vbicumque ſituatis, videlicet in pratis, campis paſcuis, aqueductibus, atque ſiluis, que bona ab omni Aduocacia, honere et debito ſunt libera, Honorabili viro domino Bernardo prepoſito, Elizabeth prioriſſe, omnique collegio, ſanctimonialium in wulinghuſen, pro Triginta, et Centum marcis bremenſis argenti, nobis in debito pondere et numero integraliter perſolutis. et verſis in vſus noſtri Conuentus, liberaliter et ſine aliqua condicione, ſicut decet vendidimus, quia multis aliis viis cum ſollicitudine queſitis, meliorem penitus nequiuimus inuenire, ipſisque eoſdem manſos, curiam et aream in perpetuam poſſeſſionem tradidimus, et per preſentes tradimus, proprietatis titulo, pacifice poſſidendum, et pro ſua vtilitate ut melius poterint diſponendum, volentes eciam eis de preſatis bonis preſtare veram et legitimam warandiam, et ab omni inpeticione, que Anſprake dicitur, indempnes eripere, quociens uel quando ſuper eo fuerimus requiſiti, nullum jus de cetero, actionem, ſiue impeticionem, ad preſens, uel in futurum in predictis bonis, in parte, uel in toto, directe uel indirecte, nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, modo aliquo reſeruantes, et quia hec uendicio bona fide et ſine fraudo facta eſt, renunciamus omni exceptioni, tam canonice quam ciuili ſi qua contra vendicionem et empcionem predictam, nobis ſuffragari, et eundem conuentum wluighuſen, quod abſit, poterit inpedire, Super quibus ne alicui dubium oriatur, et ut premiſſa perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruentur, preſentem litteram ſigillo noſtro, ſcilicet abbatis prenominati fecimus ſigillari. Datum Anno domini M⁰CCC⁰ quinto. In feſto beati johannis baptiſte.

Siegel des Abts Leyhard.

---

1) S. Urk. 20.

Urk. 53.

Die Grafen Gerhard und Gerhard von Hallermund überlassen dem Kloster Wülfinghausen das Obereigenthum einer halben Hufe Landes und einer Hausstelle zu „Hoysen“ (nordwestlich von Eldagsen), welche Güter Propst Hartmann von Hermann Sydenkop gekauft hat. 1306.

Nos Gherardus et Gherardus nobiles dictj de Halremunt ad cautelam futuri temporiſ recognoſcimus vniverſis quibus preſens ſcriptum fuerit exhibitum publice proteſtanteſ quod de conſenſu heredum noſtrorum dimidium manſum ſitum in hoy(*sen*) et aream attinentem quem venerabilis prepoſitus Hartmannus a Hermanno dicto Sydencop emit pro noſtra (*parte*) dimiſimus conuentui in Wluinghuſen cum omni iure proprietate et Dominio noſtro perpetuiſ

temporibus quiete libere possidendum cuius firmam warandiam dicto conuentui prestare uolumus vbi et quando erimus requisitj In huius rei argumentum et apertum testimonium presens scriptum inde confectum iam dicto conuentuj dedimus Sigillorum nostrorum appensionibus communitum Datum et Actum Anno dominj Millesimo CCCVI. Presentibus Johanne milite et frederico famulo fratribus dictis de Jeynhusen et henrico famulo dicto wilde et quam pluribus aliis fide dignis.

Siegel abgefallen.

Urk. 54.

Propst Hartmann zu Wülfinghausen verschreibt der Nonne Sofie von Renneberg daselbst die Aufkünfte aus einer Hufe Landes zu Holtensen, welche er mit ihrem Gelde gekauft hat, zur Leibrente. 24. April 1309.

Hartmannus dei gratia prepositus in wlvinchusen. vniuersis presentia inspecturis ineffabile gaudium cum christo possidere. Que fiunt in tempore ne simul labantur cum tempore litteris et testibus solent perhennari hinc est quod notum esse cupimus uniuersis quod recepimus decem marcas bremensis argenti de communi consensu nostri conuentus a sophia sorore nostra dicta de renneberge, ex quibus comparauimus vnum mansum in holthusen ab ernesto de eadem villa dicto, de voluntate heredum et coheredum suorum ecclesie nostre perpetuo possidendum, ita tamen ut dicta sophia fructus dicti mansi uite sue temporibus libere possideat et quiete. Qua defuncta VIII solidi honouerensium denariorum annis singulis de eodem manso conuentui presententur. qui per manum priorisse prout melius uiderit expedire tribuantur ut memoria eius in benedictione peragatur. In cuius rei testimonium sigillum conuentus nostri presentibus est appensum Datum anno domini MCCC nono secunda die georgii martiris egregii.

Siegel abgefallen.

Urk. 55.

Junker Johann von Adensen belehnt den Helmerich Musing dessen Frau und Töchter auf ihre Lebenszeit mit vier Joch Landes zu „Couinghe“[1]). 29. September 1311.

Nos Johannes domicellus de adenoys vniuersis presentia visuris seu audituris volumus esse notum Quod Helmerico Musincg et Margarete vxorj ejus legitime necnon filiabus suis uidelicet Drude et berthe contulimus et in hiis scriptis conferimus scilicet iure pheodali quatuor jugera in campo ville Couinghe sita ad tempora uite sue libere et quieta fruitione possidenda Ne autem hec actio in posterum ab aliqua infringatur infestatione que wlgariter di-

1) „Couinghe“ lag bei Eldagsen. Vergl. „Hauß-Registter“ des Klosters Wülfinghausen de 1546.

citur anſprake preſentem litteram noſtri ſigilli firmauimus munimento. Datum anno domini Milleſimo Tricenteſimo vndecimo ipſo die feſti Mychahelis archangelj.

Siegel abgefallen.

Urk. 56.

Propſt Hartmann, Priorinn Eliſabeth und der Convent zu Wülfinghauſen verkaufen den Geſchwiſtern von Cappele, Nonnen daſelbſt, einen Michaeliszins aus einer Hausſtelle zu Holtenſen (bei Eldagſen) zur Leibrente. 16. März 1314.

Ad vniuerſum hanc litteram percipientium noticiam cupimus peruenire, Quod nos harthmannus dei gracia prepoſitus ſanctimonialium in wuluinchuſen nec non Elyzabet prioriſſa totuſque conuentus ibidem, Receptis quatuor marcis puri argenti, a duabus ſororibus dicte de cappele, monealibus de pleno conſenſu et bona voluntate, Eiſdemque ſororibus pro dicta pecunia. Sex ſolidorum cenſum vendidimus de quadam area que ſita eſt in villa holthuſen, Quam nunc colunt due ſorores dicte bockeſchen annis ſingulis in quouis feſto Michahelis, ſex ſolidos et ſex pullos predictis ſororibus de cappele pro cenſu de dicta area miniſtrabunt, et ad tempora earum vite libere ac pacifice poſſidebunt, Ac tamen dictus cenſus poſt obitum predictarum ſororum ad quatuor lumina que annis ſingulis in paraſceue incenduntur integraliter reuertetur, In cuius rei euidens et firmum teſtimonium Hanc inde confectam Sigillo noſtro duximus muniendam. . Datum Anno domini Milleſimo CCC^{0}XIIII^{0} In vigilia Gertrudis virginis.

Siegel abgefallen.

Urk. 57.

Abt Heinrich von St. Michaelis zu Hildesheim genehmigt den Vertrag, durch welchen eine ihm zinspflichtige mit Leibeigenen beſetzte halbe Hufe Landes zu Mehle (im Kirchſp. Elze Amts Poppenburg) von Berthold Monek den Gebrüdern Lippoldi verkauft iſt. 24. December 1317[1].

Nos Henricus dei gracia Abbas monaſterii ſancti Michahelis in Hildenſem preſentibus publice proteſtamur, quod cum noſtro conſenſu et voluntate. Bertoldus dictus monachus vendidit pro quatuor talentis hildenſemenſium denariorum, dimidium manſum litonicum ſitum in medele, cum omni iure et vtilitate, tam in villa quam extra villam, Henrico et Conrado fratribus dictis Lippoldi et eorum veris heredibus, temporibus perpetuis poſſidendum, de quo nobis et hoſpitelario noſtro cenſus quinque ſolidorum in feſto beati Michahelis cedet annua-

---

[1]) Desgl. am 24. März (in die Alexandri) 1318 den Verkauf einer Hufe daſelbſt „pro Octo talentis cum dimidio, hildenſemenſium denariorum datiuorum" an Heinrich Lippoldi und deſſen Frau Hilburg. (Ovales Siegel des Abts in rothem Wachſe.)

tim, preterea predictus Bertoldus preſtabit antelatis emptoribus et eorum veris heredibus ſupradicti dimidii manſi veram et legitimam warandiam, quociens et quandocunque fuerint requiſiti, In huius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum Datum anno domini M⁰CCC⁰ Decimo ſeptimo in vigilia natiuitatis criſti.

Siegel abgefallen.

Urk. 58.

Die Grafen Gerhard und Gerhard von Hallermund überlassen der Wittwe des Helmerich Musing und ihren Töchtern anderthalb Hufen Landes vor Eldagsen zum Leibgedinge. 26. Februar 1320.

(Vergl. die Urk. vom 21. Juli 1348, 21. Juli 1348 und 5. Februar 1354.)

Nos gherhardus et gherhardus comites de halremunt preſentibus publice recognoſcimus quod margarete helmerici dicti Muſing relicte et ipſius duabus filiabus Drude ſcilicet et berthe manſum cum dimidio in campis eldageſſen ſitos contulimus eo iure quod wlgariter dicitur liſghedinghe a nobis et a noſtris veris heredibus ad tempora ſue vite pacifice poſſidendos In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa Datum anno domini Milleſimo CCC. viceſimo jn craſtino beati mathie apoſtoli.

Zwei Siegel der Grafen von Hallermund.

Urk. 59.

Edelherr Johann von Adensen überläßt der Wittwe des Bürgers Helmerich Musing zu Eldagsen und ihren Töchtern auf ihre Lebenszeit fünf Joch Landes zu „Kovinghe“ [1]) und fünf Joch zu „Harboldessen“ [2]). 12. April 1320.

(Vergl. Urk. 110 vom 5. Februar 1354.)

Nos Johannes. Nobilis domicellus dictus de adenoys, ad noticiam omnium quorum intereſt seu intereſſe poterit, deducimus per preſentes, Quod domine Margarete, relicte Helmerici Muſing. quondam burgenſis in Eldageſſen et eius filiabus, ſcilicet Drude et Berthe, contulimus et preſentibus literis conferimus Decem jugera videlicet quinque in Campo kovinghe et quinque in Campo Harboldeſſen sita, ad tempora vite earum libere et quieta fructione poſſidenda, jn cuius rei teſtimonium euidens Sigillum noſtrum huic littere eſt appenſum Datum anno Domini MCCCXX jn Sabbato ante dominicam Miſericordia domini.

Siegel Johann's von Adensen.

---

1) S. Note 1 zu Urk. 55 vom 29. September 1311.
2) S. Note 1 zu Urk. 47 vom 28. October 1302.

Urk. 60.

Die Grafen Konrad, Johann und Ludolf von Wohldenberg schenken auf Bitten des Wilbrand von Harboldessen dem Kloster Wülfinghausen zwölf Morgen Landes zu „Harboldessen" (bei Eldagsen). 3. Juni 1322.

We conrat vnde Johan vnde ludof van goddes gnaden greuen tzo woldenberghe bekennet an dissime oppenen breue dat we hebbet dorch got vnde dorch bede unses leben mannes heren wilbrandes van harboldesen ghe eghenet tuelf morghene an deme velde tzo harboldesen deme klostere tzo wlwikhusen desses sin tughe her conrat van linde vnde her pil van barkevelde vnde hentze van barem vnde andere gude lude. dus bref is ghe gheben na goddes bort dusent iar vnde drughundert iar an deme tug vnde tuintegheſten iare an deme dunerdaghe na penkeſten.

Siegel abgefallen.

Urk. 61.

Ritter Rabodo von Harboldessen bescheinigt nach dem Zeugnisse und der Bitte seines sterbenden Vaters Wigbrand dem Dethard von Lotberge seinen freien Stand. 16. October 1322.

Ego Rabodo de Hareboldeſſen miles vniuerſis preſentem litteram viſuris et audituris cupio fore notum Quod ſtrennuus miles wicbrandus pater meus in extremis poſitus mihi talia referauit, quod Dethardus de Locberghe non fuiſſet nec ſit, ſibi aut ſuis heredibus aſtrictus aliquo iure litonico ſed defencionis cauſa aliqualiter ſubiugatus, quare dictus pater meus iſta ſuis heredibus reuelari ſtudioſius rogitauit ne eiuſdem Dethardi iniuſta exactio fierit anime ſue ac animabus poſterorum ſuorum perpetuum detrimentum, ego igitur volens animabus noſtris ab huiuſmodi periculo precauere preſentem litteram ſeu dicta preſcripta ſigilli mei munimine roboraui, Datum anno domini M°CCC°XXII in die Galli confeſſoris.

Herzſiegel des Rabodo von Harboldeſſen mit einem ſchrägrechts gekehrten Balken mit zwölf Kugeln.

Urk. 62.

Propst Johann, Priorinn Elisabeth und der Convent zu Wülfinghausen beschließen in Berücksichtigung ihrer geringen Einkünfte, daß die fortan im Kloster aufzunehmenden Personen die Zahl sechszig nicht überschreiten sollen, und Bischof Otto zu Hildesheim bestätigt diesen Beschluß. 29. Juni 1323.

In nomine domini amen, Nos Johannes prepoſitus, Elizabet prioriſſa, Totuſque Conuentus ſanctimonialium in Wluinghuſen, recognoſcimus, quod cum nuper conſederemus, et de bono ac vtili noſtri conuentus debita ſollicitudine tractaremus, redditus et prouentus noſtros annuos computauimus, Et quia hos adeo exiles inuenimus, quod vix pauce perſone

per eos possent misere sustentari, Ne propter importunas preces potentum cogamur de cetero tot personas recipere quod ex defectu necessariorum, in obprobrium religionis, nos oporteat mendicitati publice subiacere, communi consensu et beneplacito statuimus, et matura deliberatione prehabita ordinauimus, quod conuentus noster in sexaginta personis debet, subsistere, nec illum numerum modo aliquo excedere, nec ad prebendam non vacantem debemus aliquam personam eligere, vel quocumque quesito colore aliqualiter nominare, Et cum presens statutum ad futura tantum se extendat, personis que ultra predictum sexagenarium numerum in presenti recepte sunt, nolumus per hoc statutum preiudicium aliquod generari, Et nos Otto dei gracia Hildensemensis Ecclesie episcopus presatum statutum, pro vtilitate conuentus eiusdem prouide ordinatum, gratum et ratum habentes, et ipsum approbantes, idem statutum auctoritate ordinaria in nomine domini presentibus confirmamus, et mandamus, perpetuis temporibus, secundum tenorem prescriptum, inuiolabiliter obseruarj. Et vt premissum statutum perpetuo valiturum. in suo robore permaneat, ad pium rogatum eiusdem deuoti conuentus. presentem litteram sigillo nostro, vna cum sigillo sepedicti Conuentus fecimus sigillari. Actum et datum Anno Domini M^o^CCC^o^XX^o^III In die beatorum Petri et Pauli Apostolorum.

Ovale Siegel des Propstes Johann und des Convents zu Wülfinghausen.

Urk. 63.

Bischof Otto zu Hildesheim incorporirt unter Zustimmung des Propstes Otto, des Archidiakonen Günzel von Berwinkel zu Eldagsen und des Capitels zu Hildesheim dem Kloster Wülfinghausen die Parochialkirche zu Eldagsen und empfängt dafür die Kirche zu Nordstemmen (Amts Poppenburg), über welche dem Archidiakonen zu Eldagsen das Präsentationsrecht gegeben wird. 29. Februar 1324.

(Vergl. Urk. 74 vom 11., Urk. 75 vom 18. und Urk. 76 vom 22. November 1332.)

In nomine Jhesu christi. Otto dej gratia hilden̄ Ecclesie Episcopus vniuersis dej fidelibus ad quorum noticiam presentes litere peruenerint, Post presentis vite naufragium ad celj portum feliciter peruenire, Excitatj clamore multiplicj per longa temporum spacia de paupertate et rerum necessariarum defectu deuotarum virginum sanctimonialium in Wluinghusen continere nos amplius non potuimus quin eisdem compassionis animum per operum effectum apponere conaremur, sperantes et in domino confidentes nos et Ecclesiam nostram ipsarum innocentia proficere et meritis adiuuarj, Igitur ad releuandam earum inopiam, vt secure de temporalibus expeditiorem dent operam celestibus. ad honorem dei. et reuerentiam gloriose matris eius cuj dicte virgines in castimonia deseruiunt, Ecclesiam parrochialem in Eldaghessen cum omnibus ipsius redditibus. prouentibus. obuentionibus, hominibus, mansis et cum omnj iure et vtilitate ac omnibus suis pertinenciis ab omnj aduocacia et seruicio liberis sicut plebanj seu rectores eiusdem Ecclesie eam hactenus habuerunt, de consensu communj et beneplacito gratuito honorabilis virj Ottonis prepositj Patronj archidiaconatus in Eldaghessen

Guncelini de Berwinkele archidyaconj ibidem, nec non tocius noſtrj Capitulj, Conuentuj predictarum ſanctimonialium in Wluinghuſen. ad vſum earum tam in victualibus quam in veſtibus incorporauimus, et per preſentes incorporamus atque vniuimus et preſentibus bona fide vnimus perpetuis temporibus poſſidendam et pro ſuis commodis et utilitatibus prout melius poterint diſponendam, Recipientes ex cauſa permutationis a preſato Conuentu patronatum Eccleſie in Nortſtemne. Ita uidelicet. vt archidyaconus in Eldagheſſen qui pro tempore fuerit. ad dictam Eccleſiam in Nortſtemne quociens eam vacare contigerit. perſonam ydoneam preſentet. ſicut ad Eccleſiam in Eldagheſſen conſueuit hactenus preſentare. Prepoſitus eciam Conuentus. et ſui ſucceſſores, curam animarum Eccleſie in Eldagheſſen ab archidyacono percipient. ſibique obedienciam debitam facient. Et ipſam eccleſiam fidelj et debito gubernabunt ſeu gubernari facient regimine jta quod per hanc incorporationem diuina non fraudentur obſequia. et cura animarum nullatenus negligatur. Preterea quia plebanus in Eldagheſſen duo talenta denariorum et duos ſolidos, Conuentus in Wluinghuſen ſeptem ſolidos. et quidam alij ſeptem ſolidos. ab antiquo annis ſingulis conſueuerunt ſoluere archidyacono, pro hiis omnibus et preſtatione ſynodalium prepoſitus in Wluinghuſen. anno quolibet in feſto Mychahelis dabit ex nunc locj archidyacono quinque talenta Hilden denariorum legalium, Et ipſe prepoſitus ac ſacerdotes vicem ſuam in Eldagheſſen gerentes a preſtacione ſynodalium erunt in perpetuum liberj et immunes, Item per hanc vnionem ſeu incorporationem Lippoldo nunc plebano in Eldagheſſen nolumus preiudicium generarj. Super quibus ne dubium oriatur vtque premiſſa inuiolabiliter perpetuis temporibus obſeruentur preſentem literam inde conſcriptam et ſigillis noſtro ſcilicet Capitulj noſtrj prepoſitj et Guncelinj. vna cum ſigillo conuentus in Wluinghuſen. ſigillatam. dedimus in perpetuum teſtimonium et cautelam. actum et datum anno domini M.CCC viceſimo quarto in die cinerum in noſtro capitulo generali.

Siegel des Bischofs Otto (das Capitelssiegel ist abgefallen), des Dompropstes Otto zu Hildesheim, des Günter von Berwinkel und des Convents zu Wülfinghausen. Merkwürdig ist das Siegel des Dompropstes Otto, eines Grafen von Wohldenberg, dessen Mitte die Maria mit dem Kinde und neben ihr den Johannes darstellt; umher im Kreise acht Herzschilder, zwischen denen die Umschrift: „† S. Otton — de Woldb. ppoi. hilden eccl.“ Die acht Schilder zeigen in abwechselnder Folge vier Wappenbilder und vier Helme mit Schmuck, erstere mit dem Wohldenberger Fallgitter, mit einem Löwen, noch mit einem Löwen und mit drei Rauten (dasselbe Siegel findet sich auch an der Urk. 73 vom 2. August 1331).

Urk. 64.

Pfarrherr (plebanus) Johann zu Wluingge (Wülfingen im Amte Calenberg) überträgt dem Kloster Wülfinghausen eine Hufe zu Holthusen (Holtensen), welche er für zwanzig Mark gekauft hat. 5. August (Oſwaldi regis) 1324.

Siegel abgefallen.

Urk. 65.

Propst Bernhard, Priorinn Elisabeth und der Convent zu Wülfinghausen thun

kund, daß der Geistliche (sacerdos) Robert Binnewis eine von Ulrich von Ilten angekaufte Curie mit vier Hufen zu „Herbergen“[1]) dem Kloster überlassen, unter Vorbehalt einiger Einkünfte derselben für sich und seine Schwester Adelheid, welche nach ihrem Tode zu Seelmessen verwandt werden sollen. 13. Januar (in octaua ephifanie) 1325.

Siegel des Convents.

---

[1]) „Herbergen“ lag bei dem alten Calenberger Halsgerichte, in dem Amtsfelde unweit Schulenburg. (*Grupen*, Ant. Calenb. Mscr.)

Urk. 66.

Die Gebrüder Hermann und Johann Uppenbrok und Bernhard Wild entsagen zu Gunsten des Klosters Wülfinghausen laut Vertrags mit dem dortigen Propste Bernhard allen Ansprüchen an Güter zu Holtensen bei Eldagsen. 9. April 1325.

Vniuerſis Chriſti fidelibus hanc litteram inſpecturis ſeu audituris, Nos hermannus et Johannes famuli et fratres dicti de Vppenbrocke, Bernhardus famulus dictus Wilde notum eſſe volumus et conſtare, quod ex bona voluntate et pleno conſenſu legitimorum heredum noſtrorum quorum intereſt omnino renunciauimus in hiis ſcriptis et penitus renunciamus cuilibet proprietati nec non juri bonorum in Holthuſen juxta oppidum Eldagſen ſituatum, dimittendoque totaliter ab eiſdem bonis et a cuncta infeſtacione impeticionis que Anſprake dicitur, que a nobis et noſtris oriri dictis bonis poterit in eternum etiam ſicut nouiter nobiſcum placitatum eſt ab honorabili domino Bernardo prepoſito monaſterii Sancte Marie in Wuluighuſen et a fautoribus eiusdem clauſtri nichil proprii vel iuris memoratorum bonorum in Holthuſen, ut ſuperius eſt poſitum in nobis ſiue heredes noſtri ſibi de cetero uſurpabunt, verum hec bona ſepedicta cum cunctis ſuis uſufructibus monaſterio Sancte Marie in Wuluighuſen in quietam poſeſſionem, qua dudum poſſederat et ma..... noſtra moleſtacione poſtergata, relinquimus perpetuis temporibus poſſidenda. Ne autem hec actio ..... noſtris Succeſſoribus et ne alicui ex iſto dubium in poſterum oriatur, preſentem litteram in teſtimonium (*ſigillorum*) noſtrorum firmauimus munimento. Datum anno gracie Milleſimo tricenteſimo Viceſimo quinto tercia feria proxima poſt Pascha Teſtes, qui his placitis interfuerunt dum fierent, ſunt Sifridus Baſilius et Johannes fratres dicti Bok, Hermannus de Ghermerſen milites, Beger de Rotzinghe Johannes de Bozien famuli Hermannus Hildgeri burgenſis Hamelen ciuitatis et quam plures alii probi viri.

Das erſte Siegel iſt abgefallen, das zweite vorhanden (mit einer ſchräglinks gekehrten Leiter von vier Sproſſen im Schilde).

Urk. 67.

Graf Gerhard der Aeltere von Hallermund und seine Söhne Ludolf, Otto und Heinrich schenken dem Kloster Wülfinghausen das Obereigenthum von drei Hufen Landes mit einer Curie und einer Hausstelle zu Alferde, welche Ernst Bock ihnen und ihrem Oheime Gerhard dem Jüngern resignirt hat, und versprechen dem Propste Bernhard zu Wülfinghausen die Bestätigung dieser Schenkung von den Söhnen Gerhard des Aeltern, dem Canonicus Otto zu Hildesheim und Gerhard, sobald sie volljährig geworden sind, zu erwirken. 27. Februar 1326.

(Vergl. die Urk. 68 vom 27. Februar 1326 und 99 vom 15. Juni 1347.)

In nomine domini amen Dei gratia Nos Gerhardus Comes de Halremunt ſenior et Nos Ludolfus Otto Canonicus hilden̄, et Henricus filij eius Recognoſcimus quod tres manſos noſtre proprietatis in. campis ville alchforde ſitos cum curia et vna area in eadem villa, nobis Gerhardo predicto et patruo noſtro dilecto Gerhardo Comiti de Halremunt juniorj ab Erneſto Boc qui eos a nobis tenebat in pheodo libere reſignatos, cum omnibus eorum juribus et pertinentiis, deuotis in criſto virginibus domine Prioriſſe totique Conuentui ſanctimonialium Monaſterii in wuluinghuſen ob animarum noſtrarum et progenitorum noſtrorum ſalutem et remedium vna cum prefato patruo noſtro et ſuis heredibus in proprium donauimus et preſentibus donamus et in poſſeſſionem perpetuam tradidimus et per preſentes tradimus proprietatis tytulo jure perpetuo pacifice poſſidendum (*sic*). et pro ſuis vſibus prout melius poterint diſponendum, renunciantes omni juri actioni ſeu inpetitioni que ad preſens uel in futurum in eiſdem bonis in parte uel in toto nobis poſſent conpetere vllo modo, volentes prefato conuentui de bonis predictis veram et legitimam preſtare warandiam quando et quociens ſuper eo fuerimus requiſiti Item proteſtamur quod quando Otto Canonicus Hilden̄ et Gerhardus filij noſtri ſcilicet Gerhardi preſcripti ad annos legitimos peruenerint, nos Gerhardus antedictus et nos Ludolfus Otto Canonic. hilden̄. et Henricus filii eius et quilibet noſtrum in ſolidum. efficere debemus et volumus quod ſepedictis bonis dum moniti ſuper eo fuerimus infra menſem a monicione proximum renuncient et noſtram donacionem gratam et ratam habeant literaſque ſuas patentes donent, predicto conuentui ſuper donacione huiuſmodi utiliter congruentes, Que omnia et ſingula ſicut preſcripta ſunt Diſcreto viro domino Bernhardo nunc ibidem prepoſito et ſuis ſucceſſoribus fide data per preſentes literas noſtris Sigillis ſigillatas promittimus inuiolabiliter obſeruare Datum anno domini MCCCXXVI°. III° kal. Marcij.

Nur das zweite und vierte Siegel vorhanden.

Urk. 68.

Graf Gerhard der Jüngere von Hallermund schenkt mit Zustimmung seiner Töchter

Adelheid, Gräfinn von Ritberg, und Elisabeth, Canonissinn zu Quedlinburg, dem Kloster Wülfinghausen das Obereigenthum von drei Hufen Landes mit einer Curie und einer Hausstelle zu Alferde, welche Ernst Bock ihm und seinem Oheim dem Grafen Gerhard dem Aeltern von Hallermund resignirt hat, und verspricht dem Propste Bernhard zu Wülfinghausen die Bestätigung dieser Schenkung von seinen Söhnen Wilbrand und Otto und seinen Töchtern Jutta und Heseke, sobald sie zu ihren Jahren gekommen sind, zu erwirken. 27. Februar 1326.

(Vergl. Urk. 67 vom 27. Februar 1326.)

In nomine domini Amen. Dei gratia, Nos Gerhardus Comes de Halremunt junior, Recognoſcimus quod tres manſos noſtre proprietatis in campis ville Alchforde ſitos cum Curia et vna area in eadem villa nobis et Gerhardo patruo noſtro dilecto Comiti de Halremunt ſeniorj, ab Erneſto Bok, qui eos a nobis tenebat in pheodo libere reſignatos cum omnibus eorum juribus et pertinentiis deuotis in chriſto virginibus de conſenſu Alheydis Comitiſſe de Retberghe et Elizabeth Canonice in Quedelingheborch filiarum noſtrarum et omnium quorum conſenſus requirendus fuerat, domine Prioriſſe totique Conuentui ſanctimonialium et ſuis heredibus, in proprium donauimus et preſentibus donamus et in poſſeſſionem perpetuam tradidimus et per preſentes tradimus proprietatis tytulo jure perpetuo pacifice poſſidendum et pro ſuis vſibus prout melius poterint diſponendum renunciantes omni juri actioni ſeu impeticioni que ad preſens uel in futurum in eiſdem bonis in parte uel in toto nobis poſſent competere vllo modo, volentes preſato Conuentui de bonis predictis veram et legitimam preſtare warandiam quando et quociens ſuper eo fuerimus requiſiti Item proteſtamur quod quando Wilbrandus et Otto filii noſtri et Jutta et Heſeke filie noſtre ad annos legitimos peruenerint, efficere debemus et volumus quod ſepedictis bonis dum moniti ſuper eo fuerimus infra menſem a monitione proximum renuncient et noſtram donacionem gratam et ratam habeant, literaſque ſuas patentes donent, predicto Conuentui ſuper donacione huiuſmodi vtiliter congruentes, Que omnia et ſingula ſicut preſcripta ſunt, Diſcreto viro domino Bernhardo nunc jbidem prepoſito et ſuis ſucceſſoribus, fide data per preſentes literas noſtris ſigillis ſigillatas promittimus inuiolabiliter obſeruare Datum anno domini M°CCC.XXVI°. III° kal. Marcij.

Siegel des Grafen Gerhard von Hallermund.

Urk. 69.

Knappe Ernst Bock resignirt den Grafen Gerhard dem Aeltern und Gerhard dem Jüngern von Hallermund zu Gunsten des Klosters Wülfinghausen drei

Hufen Landes mit einer Curie und einer Hausstelle zu Alferde (Kirchdorf Amts Calenberg). 1326.

(Vergl. die Urk. 67 und 68 vom 27. Februar 1326 und Urk. 77 vom 16. Juni 1333.)

Ego Ernestus Bok famulus, filius domini Hermanni quondam militis, recognosco per presentes, quod vendidi tres mansos, in campis ville Alcforde sitos, cum curia et vna area in eadem villa, et omnibus eorum juribus et pertinenciis, vbicunque situatis, Conuentui deuotarum virginum Monasterii in wluinchusen, pro Quadraginta marcis puri argenti, mihi integraliter persolutis, Et quia predicta bona ab omni aduocatia et onere libera, a Nobilibus viris, dominis, Gerhardo seniore et Gerhardo juniore Comitibus de Halremunt, in feodo tenui, ipsa bona eisdem dominis meis ea condicione, ut prefata bona Conuentui prescripto in proprium traderent, resignaui, et resigno litteras per presentes, Qui Comites, sepedicta bona de consensu omnium quorum intererat eidem Conuentui liberaliter proprietatis titulo jure perpetuo tradiderunt, Volo eciam ipsi conuentui de bonis eisdem veram et legitimam prestare warandiam quando et quociens super et fuero requisitus, Renuncians omni exceptioni tam canonice quam ciuili, si qua contra vendicionem aut emptionem predictam, michi aut meis heredibus ad presens uel in futurum posset conpetere vllo modo, Nullum jus actionem, seu inpeticionem, michi aut meis heredibus, in eisdem bonis, in parte uel in toto, aliqualiter reseruando, Que omnia et singula promisi et presentibus litteris meo sigillo sigillatis, fide data promitto, prefato Conuentui bona fide inuiolabiliter obseruare. Acta sunt hec in presentia venerabilis domini mei, domini Ottonis Hildensemensis Episcopi, presentibus et in testimonium vocatis, Magistro Henrico, Canonico montis ibidem, Strennuis militibus, Sifrido Basilio et Johanne, fratribus dictis Boc, Thiderico Bernere, Hartmanno frisone, Johanne dicto Goltsmet, burgensibus in hildensem et pluribus aliis fide dignis, Datum Anno domini M⁰CCC⁰XXVI.

Siegel abgefallen.

Urk. 70.

Aebtissinn Adelheid, Dechantinn Adelheid und der Convent zu Wunstorf schenken auf Ersuchen des Grafen von Wunstorf dem Kloster Wülfinghausen zwei Eigenbehörige. 20. December 1327.

In nomine domini amen. Nos alheydis dei gracia abbatissa alheydis decana totusque Conuentus ecclesie secularis in wustorpe recognoscimus quod Hermannum et iohannem fratres dictos reynoldi nostra mancipia ad peticionem dilecti nobis comitis in wustorpe preposito totique conuentui in wluinghusen cum omni iure et utilitate quo ad nos pertinebant de consensu vnanimi omnium quorum intererat in proprium tradidimus et per presentes tradimus proprietatis titulo iure perpetuo possidendum renunciantes omni iuri quod habuimus in eisdem, uolentes etiam prefato conuentui de predictis hominibus veram et legitimam prestare warandiam quando et quociens super eo fuerimus requisite. Super quibus ne dubium oriatur pre-

ſentem litteram ſigillis noſtro ſcilicet et capituli noſtri fecimus ſigillari. Datum anno domini M^o^CCC^o^XXVII^o^. in vigilia beati thome apoſtoli.

Siegel abgefallen.

Urk. 71.

Graf Gerhard von Hallermund leiſtet dem Convente zu Wülfinghauſen Gewähr für zwei freie Hufen Landes zu „Verdeſſen“ [1]“, zwei Hufen Lehnlandes daſelbſt und eine Hufe zu „Cerde“, welche Diederich und Ernſt von Wülfingen dem Kloſter verkauft haben. 9. April 1331.

(Vergl. Urk. 72 vom 9. April 1331.)

Nos dej gratia Gherhardus Comes de Halremunt proteſtamur publice ſub ſigillo noſtro per preſentes quod ſi ſuper duabus manſis abſolutis et liberis in Verdeſſen et duobus manſis ibidem et vno manſo in Cerde inpheodatis, que bona Thidericus et Erneſtus de Wluinghe cum omnibus ſuis pertinentiis. Prepoſito et Conuentui in Wluinghuſen in proprium vendiderunt. actio ſeu impetitio que wlgariter anſprake dicitur ipſi Conuentuj in parte vel in toto dictorum bonorum mota fuerit. quod abſit et nos monitj fuerimus ciuitatem hilden̄ poſt quindenam intrabimus ad iacendum inde non pernoctaturi niſi ſopita et amota actione ſeu inpetitione qualibet aut ipſorum fuerit voluntatis. quod fide data cum aliis fideiuſſoribus promiſimus et premittimus per preſentes Datum anno dominj M.CCC Tricenteſimo primo quinto Idus aprilis.

Siegel des Grafen Gerhard von Hallermund.

---

[1]) S. Note 1 zu Urk. 20.

Urk. 72.

Junker Ludolf von Hallermund leiſtet dem Kloſter Wülfinghauſen Gewähr für zwei freie Hufen Landes zu „Verdeſſen“, zwei Hufen Lehnlandes daſelbſt und eine Hufe zu „Cerdhe“, welche Diederich und Ernſt von Wülfingen dem Kloſter verkauft haben. 9. April 1331.

(Vergl. Urk. 71 vom 9. April 1331.)

Ego Ludolfus domicellus de Halremunt proteſtor ſub ſigillo meo publice per preſentes. quod ſi ſuper duobus manſis obſolutis et liberis in Verdeſſen et duobus manſis ibidem et vno manſo in Cerdhe inpheodatis. que bona Thidericus et Erneſtus de wluinghe cum omnibus ſuis pertinentiis prepoſito et Conuentuj in wluinghuſen in proprium vendiderunt actio ſeu impetitio que wlgariter anſprake dicitur. ipſi Conuentuj in parte vel in toto dictorum bono-

rum mota fuerit quod abſit et ego monitus fuero, ciuitatem hilden̄ poſt quindenam ad iacendum intrabo inde non pernocturus. niſi ſopita et amota impetitione qualibet aut ipſorum fuerit voluntatis. quod cum aliis fideiuſſoribus promiſi et promitto preſentibus data fide Datum anno domine M.CCC. triceſimo primo quinto Idus aprilis.

Siegel des Grafen Ludolf von Hallermund.

Urk. 73.

Propſt Otto, Dechant Hermann, Scholaſter Sifried und das Capitel zu Hildesheim überlaſſen dem Propſte Bernhard und dem Convente zu Wülfinghauſen das Obereigenthum von drei Hufen Landes zu „Verdeſſen" gegen zwei andere Hufen daſelbſt und eine Hufe in „Cerde". 2. Auguſt 1331.

(Vergl. die Urk. 71 und 72 vom 9. April 1331.

In nomine domini amen, Dei gracia, Nos Otto prepoſitus, Hermannus decanus, Sifridus Scolaſticus, Totumque Hildenſemenſis Eccleſie Capitulum recognoſcimus, quod tres manſos noſtre proprietatis verdeſſen ſitos, quos Thidericus et Erneſtus fratres dicti de wluinghe a nobis Ottone prepoſito predicto in pheodo tenuerunt, et ſine aliqua condicione nobis reſignauerunt, domino Bernhardo prepoſito. . prioriſſe Totique conuentui ſanctimonialium in wluinghuſen, cum omni iure et utilitate ac pertinenciis vniuerſis, vbicunque ſituatis, in proprium ex cauſa, permutacionis dimiſimus et per preſentes dimittimus proprietatis titulo iure perpetuo pacifice poſſidendum. renunciantes omni iuri quod habuimus in eiſdem, et volumus eis de prefatis bonis preſtare veram et legitimam warandiam, quando ſuper eo fuerimus requiſiti, recipientes, ab eis in reſtaurum tres manſos ſue proprietatis, videlicet duos in verdeſſen et vnum in Cerde. ſitos quos Thidericus et Erneſtus predicti fratres dicti de wluinghe prius ab eis tenuerunt in pheodo, ſed nunc tenent a nobis prepoſito antedicto. Super quibus ne dubium oriatur, preſentem litteram ſigillis noſtris ſcilicet prepoſiti et Capituli ſigillatam, eidem conuentui in wluinghuſen dedimus in teſtimonium et cautelam, Datum anno domini M⁰CCC⁰ Triceſimo primo, In die beati Stephani pape et martiris.

Erſtes Siegel vorhanden, das zweite abgefallen.

Urk. 74.

Pfarrer Lippold von Steiberg zu Eldagſen reſignirt dem Convente zu Wülfinghauſen die demſelben incorporirte Parochialkirche zu Eldagſen und bittet den Archidiakon Volrad von Dreileben daſelbſt, die Seelſorge dem Propſte zu übertragen. 11. November 1332.

(Vergl. Urk. 63 vom 29. Februar 1324.)

Honorabili viro domino ſuo domino volrado de dreylleue hyldenſemenſis Eccleſie Canonico et archydiacono In eldagheſſen lippoldus de ſteyberch plebanus in eldagheſſen reuerenciam in omnibus et honorem eccleſiam parrochyalem In eldagheſſen dudum deuoto conuentui in wluinchuſen incorporatam ad diuini cultus jbidem aucmentum et congregacionis profectum et ſolacium per preſentes litteras meo ſigillo ſigillatas, Reſigno eidem conuentui in anime mee remedium pure et ſimpliciter propter deum. Rogans humiliter ut prepoſito loci eiuſdem ſicut ad nos pertinet Curam animarum dignemini committere et ab eo recipere obedienciam debitam et conſuetam Datum anno domini M⁰ CCC⁰XXXII⁰ Ipſo die beati martini epiſcopi.

Siegel.

Urk. 75.

Biſchof Erich zu Hildesheim geſtattet dem Propſte und Convente zu Wülfinghauſen den Beſitz der ihnen incorporirten Kirche zu Eldagſen. Feſte Ruthe (unweit Sarſtedt). 18. November 1332.

(Vergl. Urk. 63 vom 29. Februar 1324.)

Dei et apoſtolice ſedis gracia Ericus Hildenſemenſis Eccleſie electus. dilectis ſibi prepoſito et Conuentui ſanctimonialium in vuluinchuſen ſalutem in domino. vt poſſeſſionem Eccleſie in Eldagheſen vobis incorporate. cum ſuis pertinentiis vobis aſſumatis vobis preſentibus indulgemus. canonicis annuentibus inſtitutis. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum in caſtro noſtro ruthe Anno Domini M⁰CCC⁰XXXII⁰ in octaua beati martini.

Siegel des Biſchofs Erich (mit dem Sächſiſchen und Schauenburger Wappen).

Urk. 76.

Biſchof Heinrich zu Hildesheim überträgt die Seelſorge an der dem Kloſter Wülfinghauſen incorporirten Parochialkirche zu Eldagſen dem Prieſter Albert Heſſe. 22. November 1332.

(Vergl. Urk. 63 vom 29. Februar 1324.)

Henricus dei gracia Hildenſemenſis eccleſie Epiſcopus. Diſcreto viro Alberto dicto Heſſen Sacerdoti ſalutem. ydoneitas perſone tue nobis Notabiliter commendata nos inducit vt te cure animarum regimini preficiamus quam regere vt didiſcimus bene noſti. Cum igitur eccleſia parrochyalis in Eldagheſſen. Monaſterio in wluinchuſen incorporata adeo bene in ſpiritualibus et temporalibus per alium regi valeat ſicut per te cure tibi regimen et exercitium Eccleſie ſupradicte committimus per preſentes. volentes. vt populum prefate parrochye

absoluere et ligare valeas in foro penitencie. ipsisque sicut verus eiusdem populi plebanus ministrare ecclesiastica sacramenta. Datum anno Domini M⁰CCC⁰XXXII⁰ jn die Beate Cecilie virginis.

Siegel des Bischofs Heinrich (mit zwei Wappen: des Stifts und des Hauses Braunschweig).

Urk. 77.

Knappe Ernst Bock resignirt dem Abte von St. Michaelis zu Hildesheim zu Gunsten des Klosters Wülfinghausen zwei Hufen Landes zu Alferde (im Amte Calenberg). **16. Juni 1333.**

(Vergl. Urk. 78 de 1333 und die Urk. 67 und 68 vom 27. Februar 1326, Urk. 69 de 1326 und 104 vom 17. November 1350.)

Honorabili domino. domino suo. Abbati Monasterii Sancti Michahelis in hildensem. Ernestus bok famulus. se ad sua beneplacita beniuolum et paratum. Duos mansos in campis ville Alforde sitos cum omni iure et vtilitate tam intra quam extra uillam. Ac attinenciis vniuersis sicut ipsos a uobis hactenus in pheodo tenui, Vobis duxi voluntate libera resignandum. et resigno literas per presentes. nichil mihi et meis heredibus iuris et proprietatis in bonis prehabitis inposterum reseruando. Ea tamen condicione quod ipsos mansos Sanctimonialibus in wuluinchusen. et non alias in proprium tradatis liberaliter et donetis. In euidenciam et efficaciam predicte resignacionis siue renunciacionis per me facte presens scriptum sigilli mei munimine communiui. Nos quoque hermannus et ludolfus predicti ernesti filii renunciamus omni iuri et proprietati. quod nobis in predictis bonis competit. seu competere ullo modo poterit in futuro. promittimus quoque data fide coniuncta manu sub sigillis nostris. nos dictam patris nostri resignacionem ratam et inuiolabilem habituros. Datum Anno Domini M⁰CCC⁰ Tricesimo tercio Crastina die beati viti martiris.

Drei Siegel (jedes mit zwei Wölfen).

Urk. 78.

Abt Konrad, Prior Johann und der Convent von St. Michaelis zu Hildesheim verkaufen dem Kloster Wülfinghausen für zwanzig Mark funfzehn freie Hufen, drei mit Leibeigenen besetzte Hufen, fünf Curien und vier Hausstellen zu Medele (Mehle im Kirchsp. Elze Amts Poppenburg)**, ferner vier Hufen zu Hemzinghusen (Hemschehausen** Amts Lauenau)**, Güter zu „Verdessen"** (bei Eldagsen)**, welche einen jährlichen Zins von einem Pfunde Hildesheimer Pfennige aufbringen, und das Obereigenthum zweier Hufen zu Alckvorde (Alferde** im Amte

Calenberg), welche Ernst Bock zu Lehn getragen hat [1]), vogtei- und dienstfrei. **23. Juni (in vigil. nativ. Joh. Bapt.) 1333 [2]).**

Siegel des Propstes und Convents zu St. Michaelis.

---

1) Vergl. Urk. 77 vom 16. Juni 1333.

2) Bischof Heinrich bestätigt diesen Verkauf am 16. Juni (crast. viti mart.) 1333. (Siegel des Bischofs Heinrich.)

Urk. 79.

Die Gebrüder Diederich und Konrad von Utzenburg resigniren dem Bischofe Ludwig zu Minden zu Gunsten des Herrn Heinrich Knigge und Johann von Herberge den Zehnten zu Nettelrede (Kirchdorf Amts Lauenau). 24. Juni 1334.

Venerabili in christo patri ac domino. domino suo dilecto. Lodewico Myndensis ecclesie Episcopo. Thidericus et Conradus fratres dicti de vtzenborch cum debita reuerencia obsequium beneuolum et paratum. Decimam in Netelredere quam a vobis et a vestra ecclesia iure pheodali huc vsque possedimus vobis cum omni iure et utilitate quemadmodum a vobis eam tenuimus. dummodo dominos Henricum dictum Knigghen ac Johannem de Herberghe milites eadem decima inpheodetis presentibus resignamus. In cuius resignacionis testimonium presentem litteram nostris sigillis duximus roborandam. Datum Anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo quarto In Natiuitate sancti Johannis Baptiste.

Herzschild (mit Reiter zu Pferde); zweites Siegel abgefallen.

Urk. 80.

Propst Bernhard, Priorinn Elisabeth Bock und der Convent zu Wülfinghausen überweisen die Aufkünfte einer Hufe Landes zu Holtensen (im Kirchsp. Eldagsen Amts Calenberg) zur Unterhaltung einer ewigen Lampe in der Kirche zu Wülfinghausen. 1335.

Omnibus in perpetuum. Ne illa defluant cum lapsu temporis que aguntur in tempore, quia memoria hominis labilis, necesse est vt testimonio certificentur, uel scripture litteris commendentur. Hinc est quod nos Bernardus dei gracia prepositus. Elizabeth priorissa vniuersitasque collegii tocius monasterii wuluighusen, prouidimus ex matura deliberacione, carencie cuiusdam officii, videlicet Camerarie, et ad deuotas preces et respectum elemosinarum quarundam nostri claustri dominarum, scilicet honeste Elizabeth priorisse, dicte Bok. nec non Drude cracht. Sophie Knicghen. similiter et Mechtildis de Bernsen. respiciencium defectum luminis ecclesiastici, nunc de cetero in perpetuum arsuri, in remedium suarum animarum, sed

principaliter propter deum, et vnanimi confenfu, liberaliter dimifimus quendam manfum, Holthufen fitum, quem dominus Lodolfus dictus Pafele, inhabitauerat, cum omnibus fuis prouentibus quos vtrobique habet, in campis, pratis, pafcuis, atque filuis iugi tempore permanfurum, preter aream, ad ipfum manfum permanentem, fingulariter nobis cum annuali fua penfione referuauimus, ad vfus noftri monafterii memorati. Ne autem hec actio, ab aliquibus noftris fucceffforibus infringatur, fed quod magis rata maneat et inconuulfa, ficut decet, prefentem litteram, inde confectam, figilli prepofiture, et noftri predicte monafterii, firmauimus munimento. Datum anno gracie Millefimo Tricentefimo. Tricefimo quinto.

Siegel des Propstes Bernhard (mit einem Balken) und des Convents zu Wülfinghausen.

Urk. 81.

Edelherr Heinrich von Homborg, sein Bruder Bodo Propst zu Moritzberg vor Hildesheim und sein Sohn Sifried bestätigen den Vertrag, durch welchen Alexander Pfarrer an ihrer Patronatkirche zu Hunzen (im Braunschw. Kreisamte Escheršhausen) dem Propste Bernhard, der Priorinn Elisabeth und dem Convente zu Wülfinghausen eine freie Hufe Landes und eine Hausstelle zu Mehle und drei auf Zins ausgethane Hufen Landes mit vier Hausstellen zu Elze verkauft hat. 26. März 1335.

(Vergl. Urk. 82 vom 29. März 1335.

In Nomine domini Amen. Nos dei gratia Hynricus Nobilis dictus de Homborch Bodo prepofitus Montis fancti Mauricii extra muros Hildenf. frater eius et Sifridus filius Domini hynrici predictj Ad perpetuam rei memoriam prefentibus literis proteftamur Quod cum ecclefia parrochialis in Hunthcenf. Mindenf. dyocefis cuius ius patronatus ad nos pertinet, vnum manfum. abfolutum in campis Medele et vnam aream in villa eadem quem munfum et aream predicta ecclefia libere poffedit vfque in prefens et vnum manfum cum duabus areis, quos florinus et hynricus fratres de Elce fub cenfu annuo fex folidorum denariorum datiuorum fcilicet hildenf. monete tenent Duosque manfos et totidem areas quos Erneftus Bok famulus tenet fub annuo cenfu duodecim folidorum eiusdem valoris et monete Qui tres manfi et quatuor aree in villa et campis Elce fituantur et eos iam dicta ecclefia in quieta poffeffione haberet Et cum idem Manfus abfolutus in campis Medele fitus aliquociens maneret incultus aliquando negligenter coleretur et cenfus de aliis tribus manfis nullatenus aut tarde foluer retur Ita quod ex bonis prefcriptis modica vtilitas rectori prefate ecclefie pervenerit Alexander eiufdem ecclefie rector prefcriptos manfos cum areis prenotatis ipfius ecclefie in hunthcenf. proprios, matura deliberacione prehabita de noftro confenfu et beneplacito Bernhardo prepofito Elizabet prioriffe totique conventuj fanctimonialium in Wuluinghufen pro duodecim marcis puri argenti vendidit et in poffeffionem tradidit proprietatis titulo, omni iure et vtilitate

in campis villis pafcuis et filuis ficut fepedicta ecclefia eos poffedit perpetuo poffidendos volentes nichilominus cum dicto alexandro de bonis prenotatis, ipfi conventuj preftare veram et legitimam warandiam, quando et quociens fuper eo fuerimus requifitj Super quibus ne dubium oriatur et vt premiffa inviolabiliter obferuentur prefentem literam Sigillis noftris cum figillo. alexandri rectoris ecclefie in hunthcenf. figillatam, eidem conventuj in perpetuum teftimonium dedimus et cautelam Actum et datum anno domini Millefimo tricentefimo tricefimo quinto Dominica qua cantatur Letare iherufalem.

Siegel des Heinrich von Homburg (mit einem Löwen).

Urk. 82.

Bischof Ludwig zu Minden bestätigt den am 26. März 1335 von dem Propste Bernhard, der Priorinn Elisabeth und dem Convente zu Wülfinghausen mit Alexander Pfarrer der Kirche zu Hunzen unter Genehmigung der Herren von Homburg, als Patrone dieser Kirche, über die dem Pfarrer schuldige Kaufsumme für eine freie Hufe Landes und eine Hausstelle zu Mehle und für drei Hufen Landes und vier Hausstellen zu Elze errichteten Vertrag. 29. März 1335.

(Vergl. Urk. 81 vom 26. März 1335.)

Lodewicus dei gracia Mindenfis ecclefie Episcopus vniuerfis et fingulis ad quos prefens fcriptum peruenerit finceram in domino caritatem cum noticia fubfcriptorum. Conftitutus coram nobis honorabilis vir, dominus Bernardus, prepofitus fanctimonialium in wuluinchufen fupplicabat ut tractatum infrafcriptum confirmare et approbare dignaremur cuius tenor dinofcitur effe talis. In nomine domini amen, Bernardus prepofitus Elizabeth prioriffa. totufque Conuentus Sanctimonialium in wuluinghufen. ad perpetuam rei memoriam prefentibus litteris proteftamur. Quod cum Alexander rector ecclefie parrochialis in hunztenhofen Mindenfis dyocefis cuius ius patronatus ad nobiles viros, dominos de homborgh pertinet, nobis de confenfu et beneplacito prefatorum dominorum vnum manfum obfolutum in Campis Meydele, et vnam aream in villa eadem quem manfum et aream predicta ecclefia libere poffedit vfque in prefens et vnum manfum cum duabus areis, quos florinus et henricus fratres dicti de Eltze fub annuo cenfu fex folidorum denariorum datiuorum fcilicet hildenfemenfis monete tenent. Duofque manfos et totidem areas quos Erneftus bok famulus tenet fub annuo cenfu duodecim folidorum eiusdem valoris et monete. qui tres manfi et quatuor aree in villa et Campis Eltze fituantur et eos iam dicta ecclefia in quieta poffeffione haberet, pro duodecim marcis, puri argenti hildenfemenfis valoris et ponderis vendiderit et in poffeffionem tradiderit proprietatis titulo perpetue poffidendos, Nos in recompenfam et reftaurum reddituum nobis de prefatis bonis fingulis proueniencium annis cum poffeffionem eorum ut dictum eft habe-

amus et tamen ipſas duodecim marcas adhuc non expenderimus dabimus eidem alexandro et ſuis pro tempore ſucceſſoribus annuatim redditus quinti dimidii fertonis ſupradicti ponderis et argenti in feſto quolibet Mychaelis quouſque pretaxtam pecuniam pro placito et vtilitate ſua et eccleſie ſue in alios redditus poſſint conuertere certiores Dictas eciam duodecim marcas ſic pro huiuſmodi penſione ſub nobis retinebimus per quinque annos, a feſto beati Michaelis nunc proxime preterito continue numerandos. Infra quos quidem annos ſi dictus Alexander vel ſucceſſores ſui comparauerint ac emerint bona aliqua ſibi et eccleſie in huntzenhuſen iam dicte competencia et hoc nobis intimauerint. Infra dominicam qua cantatur Letare et feſtum pentecoſtes extunc pretactas duodecim marcas hildenſemenſis valoris et ponderis ex parte eorum perſoluemus ſine aliqua contradictione et impedimento hiis quibus eorum nomine ipſi dixerint eſſe perſoluendas infra quatuor ſeptimanas, ipſam intimacionem immediate ſubſequentes, quibus autem annis quinque totaliter elapſis et ipſis duodecim marcis infra eos ſic vt promittitur non poſtulatis, extunc poſtmodum hoc in noſtro ſolum ſtabit arbitrio, quod ipſam pecuniam pro ſupradicta penſione quam diu voluerimus ſic retinere poſſimus et quandocunque nos et eccleſiam noſtram ab ipſa voluerimus abſoluere, ex tunc preintimacionem pariter et perſolutionem ipſarum duodecim marcarum faciemus ipſis ſemper terminis ac temporibus memoratis. ad hec omnia et ſingula premiſſa. nos et eccleſiam noſtram in wluinghuſen preſentibus firmiter obligamus. In cuius rei teſtimonium ſigillis noſtris communiuimus preſens ſcriptum. Teſtes huius ſunt Nobiles viri Gerhardus et Ludolfus comites de halremunt quorum ſigilla pro firmiori teſtimonio preſentibus eciam ad noſtram inſtanciam ſunt appenſa et Nos gerhardus et ludolfus Comites predicti ſub appenſione ſigillorum noſtrorum preſentia proteſtamur. Datum anno domini M⁰CCC⁰XXX quinto dominica qua Cantatur Letare Jheruſalem Nos vero . . predicti prepoſiti et . . Conuentus in wuluinghuſen annuentes precibus ordinacionem premiſſam factam recognoſcimus de noſtro beneplacito et conſenſu eam quantum in nobis eſt ratificamus in ſingulis ſuis articulis et preſentibus approbamus. Noſtrum ſigillum in teſtimonium apponentes. Datum et actum feria quarta poſt Dominicam Letare. anno domini M⁰CCC⁰XXX⁰ quinto.

Siegel abgefallen.

Urk. 83.

Ritter Rabodo von Harboldeſſen verſpricht zugleich mit ſeinem Vetter Wigbrand, das Gut zu Adenſen einzulöſen und den Kindern ſeines Bruders Bertram ihren Antheil davon zu vergüten. 21. Mai 1335.

Ek her Rabodo van Harboldeſſen riddere bekenne openbare in deſſem breue de ghe veſtenet is mit minem ingheſeghele, dat ek mit minen vedderen Wicbrande vnde he mit mi vſe gud to Adenoys to dem negheſten paſchen de nu to comende is, loſen vnde ledeghen ſcan dar it vte ſteyt, vnde dat we bertrames Kinderen mines broder ir orſaten ſcun nu to deſſem iare vres deles van dem ſuluen gute dat

louik in truwen to donde in dessem breue, de ghe gheuen is na goddes borth dusent vnde drehunderth iar des vifvndrittighes iares des viften sundaghes na paschen.

Siegel vorhanden, aber schlecht erhalten.

Urk. 84.

Graf Ludolf von Hallermund, Johann von Dedensen und Gerhard von Anencampe verbürgen sich dem Propste Bernhard und dem Convente zu Wülfinghausen für die von den Knappen Bernhard und Heinrich Wilden demselben verkaufte halbe Hufe Landes mit einer Hausstelle zu Holtensen (bei Eldagsen). 20. April 1337.

Nos Ludolfus dei gracia Comes de Halremunt. Johannes de Dedensen. Gherardus de Anencampe famuli presenti litera nostris Sigillis firmata recognoscimus et testamur, Quod fide data manu communi in solidum promisimus et presentibus promittimus honorabili viro Bernardo preposito et toti conuentu deuotarum virginum in wuluinghusen pro honestis famulis Bernardo et Henrico fratribus dictis wilden, Qui eidem preposito et suo conuentui dimidium mansum cum vna area in campis et villa holthusen sitos pro quatuordecim marcis bremensibus iusta vendicione vendiderunt cum omni iure et vtilitate quo ipsi eos possiderunt et de predictis bonis ipsi preposito et suo conuentui veram et legitimam warandiam quociens et quando requisiti fuerint prestabunt prout in literis inde confectis plenius continetur Quod si facere neglexerint vel noluerint et nos moniti fuerimus pro aliquo defectu quem predictus prepositus siue conuentus in wuluinghusen in obmissione premissorum sustinuerint, hunc defectum sine contradictione totaliter tenebimur integrare. Datum anno domini MCCCXXXVII in festo pasche.

Von drei Siegeln fehlt das erste.

Urk. 85.

Die Herzöge Otto und Wilhelm von Braunschweig und Lüneburg und die Grafen Gerhard, Ludolf und Heinrich von Hallermund überlassen dem Propste Bernhard und Convente zu Wülfinghausen die Straße zwischen dem Pfarrhofe und dem Hofe Friedrich's von Jeinsen (zu Eldagsen). 9. October 1337.

(Vergl. Urk. 99. vom 15. Juni 1347.)

Van Goddes gnaden we hertoghe Otte vnde hertoge wilhelm van Brunswich vnde van Luneborch vnde we Greue Gherhard. greue Ludolf vnde greue Hinrich van Halremunt. bekennet vnde betughet openbare in desseme breue. Dat we eyndrachtliken hebbet ghelaten vnde ghe orlouet, Prouest Bernharde vnde deme Conuente to Wuluinchusen de Strate twischen der wedeme vnde deme houe de hern Frede-

rikes van Geynsen hadde wesen to erer nut eweliken to besittende. To ener orkunde vnde to ener betughinge desser ding hebbe we vse inghesegele ghe henght laten in dessen bref. Dit is ghe schen na godes bord. dusent jar drehundert jar in deme seuen vnde dritteghesten iare in Sunte Dyonisius daghe.

Fünf Siegel.

Urk. 86.

Der Rath zu Hameln thut kund, daß Konrad Honacke seinen Verwandten seinen Antheil an ihren gemeinschaftlichen Gütern zu Eldagsen verkauft hat. 10. März 1339.

Nos Consules in Hamelen recognoscimus lucide protestando Quod nostra in presentia Conradus dictus honacke et Conradus ipsius filius nostri coopidani vendiderunt et presentibus iusto vendicionis titulo vendunt. eorum petiam siue partem bonorum ante opidum Eyldagessen sitorum que hactenus vna cum thiderico godefrido et conrado eorum fratri (*sic*) et patruis possederant et habuerant indiuisim dictis godefrido et conrado dictis honacken ac eorum veris heredibus et dicti Conradus et Conradus eadem bona renunciant coram nobis ore et manu lucide ut est iuris ac ad dictorum godefridi et conradi fratrum possessionem vtilitatem et vsufructum dimittunt et resignant In cuius testimonium nostri opidi sigillum presentibus est appensum Datum anno domini MCCCXXX nono feria quarta proxima post letare.

Siegel der Stadt Hameln.

Urk. 87.

Priorinn Elisabeth und der Convent zu Wülfinghausen überlassen dem Propste Bernhard und dem Capellan Diederich von Lülne daselbst den Nießbrauch einer halben dem Kloster eigenthümlich gehörigen Hufe Landes und einer Hausstelle zu Holtensen (bei Eldagsen), welche dieselben von der Wittwe Bernhard's Wilden gekauft haben. 29. September 1339.

(Vergl. Urk. 84 vom 20. April 1337.)

Nos Elizabeth priorissa totusque conuentus monialium in wuluinghusen presentibus et futuris liquido recognoscimus vniuersis quod honorabilis vir dominus Bernardus noster prepositus et dominus Thidericus de lulne noster capellanus dimidium mansum ad nos iure proprietatis pertinentem in campis Holthusen situm cum vna area in villa eadem ab honesta vidua Bernardi wilden emendo sua pecunia compararunt, Quem dimidium mansum et aream dictam de nostro consensu et beneplacito ad eorum vite tempora cum omni vtilitate et fructu libere possidebunt, Ipsis autem in domino defunctis, eadem bona ad officium custodie nostre redibunt perpetuo permansura, In istius rei memoriam presentem Cartam fecimus sigillo

noſtri capituli conſignari, Datum anno Domini, Milleſimo Tricenteſimo. Triceſimo nono In feſto Michahelis.

Siegel abgefallen.

Urk. 88.

Ritter Johann Bock verpfändet dem Propſte Bernhard und dem Convente zu Wülfinghauſen die „Honſeſſche Hufe“ ſammt der Hausſtelle „Schapwort“. 4. December 1342.

(Vergl. Urk. 93 vom 17. December 1343.)

Nos Johannes miles. et Johannes eius filius famulus dicti Bocke. preſenti littera noſtris ſigillis munita recognoſcimus lucide proteſtantes, quod obligauimus et in preſentibus obligamus cum omni iure vſufructu ac vtilitate Domino Bernhardo prepoſito et Toti conuentui Monaſterii in wuluinchuſen manſum vnum dictum wlghariter Honſeſſche Hoyue vnamque aream dictam wlghariter ſchapwort pro quatuordecim marcis puri argenti Hildenſemenſis ponderis et valoris . . nobis ab Erneſto famulo dicto Bok pro eadem pecunia obligatos, in quibus . . prepoſitus et Conuentus ſupradicti antea habuerunt et habebunt penſionem annualem, ita quod hunc manſum cum huiuſmodi area ſingulis annis in feſto beati Johannis baptiſte redimere poterimus pecunia pro predicta, ſi vero manſus cum area prenotati interim . . a nobis redimerentur per Erneſtum antedictum pro pecunia ſupradicta, tunc eadem pecunia . . prepoſito et . . Conuentui prenominatis a . . nobis deberet indilate miniſtrari. et hec premiſſa. nos Johannes et Johannes prenarrati. prepoſito. et Conuentui ſupradictis firmiter obſeruare promiſimus et preſentibus promittimus fide data. Datum anno Domini M⁰CCCXLII. in die beate Barbare virginis.

Urk. 89.

Die Gebrüder Ludolf und Heinrich Grafen von Hallermund verkaufen dem Propſte Bernhard und dem Convente zu Wülfinghauſen die „Woldwieſe“ an der Haller, ihren Schäferhof vor Eldagſen und einen Zins aus Alferde (Kirchdorf Amts Calenberg) auf Wiederkauf. 25. Mai 1343.

Nos ludolfus et Hinricus fratres. dei gratia Comites de halremunt preſens ſcriptum viſuris ſeu audituris recognoſcimus vniuerſis. quod libera uoluntate et omnium heredum noſtrorum quorum intereſt et intereſſe poterit pleno conſenſu vendidimus et dimiſimus domino bernardo prepoſito et conuentui clauſtri wuluinghuſen pratum noſtrum iuxta halram quod dicitur woldwiſch et curiam noſtri ouilis cum opilione ante valuam Eldaſſen et duodecim ſolidos honouerenſes in Alfordia qui cobukes penninghe dicuntur ſingulis annis miniſtrandos. quos denarios ſi in parte noſtra minuti fuerint ſibi de denariis alius uille eiuſdem juris omnimode debebimus integrare. hec omnia preſcripta cum omni jure ſuo ſicut nos ea hactenus poſſedimus pro quinque marcis puri argenti hildem̄ valoris et ponderis iam dicto prepoſito

et conuentui iuſtam warandiam et oportunam de huiuſmodi preſtare promittentes ad uſus ſuos in quietam poſſeſſionem dimittimus libere conuertenda. Attamen gratiam et optionem hec eadem bona pro pecunia ſupra notata reemendi quoquo anno termino quo ea dimittimus nobis a prepoſito et conuentui preſato optentam et preſtitam reſeruamus. Omnia itaque ſupradicta fide data promiſimus et preſenti litera promittimus ipſo prepoſito et conuentui fideliter obſeruanda. Huius in teſtimonium rei et memoriam fecimus ſcriptum preſens noſtrorum ſigillorum robore ſolidari. Datum et actum. anno domini M.CCC.XLIII. infra octauam aſcenſionis domini noſtri.

Siegel der Grafen Ludolf und Heinrich von Hallermund.

Urk. 90.

Heinrich von Elze und seine Söhne Bodo und Heinrich belehnen den Albert von Wülfingen mit zwanzig zehntfreien Joch Landes und einer Hausstelle zu Elze. 29. September (Michaelis) 1343.

Siegel des Heinrich und Bodo von Elze; drittes Siegel abgefallen.

Urk. 91.

Johann, Hoyer und Gerhard, Söhne des Grafen Johann von Wohldenberg, versprechen, daß ihr abwesender Bruder Burchard nach seiner Rückkehr ihre Schenkung des Obereigenthums dreier Hufen Landes zu Elze dem Convente zu Wülfinghausen genehmigen soll. 30. November 1343.

(Vergl. Urk. 92 vom 15. December 1343.)

Dei gratia Nos. Johannes Hoyerus hilden̄ eccleſie Canonicus et Gherardus fratres filii Johannis Comitis in Woldenberghe per preſentes litteras recognoſcimus atteſtando Quod promiſimus et data fide promittimus quod frater noſter borchardus comes de woldenberghe qui non in terminis eſt pro nunc cum per dei gratiam ad terminos redieret donacionem trium manſorum in campiſ elce conuentui in wuluinghuſen proprietatis tytulo per nos donatorum ab erneſto quidem boc nobis reſignatorum prout littere ſuper hoc predicto conuentui date docent, ratam et firmam habebit et appenſionem ſui ſigilli prefatiſ literis per noſ factam de ſuo beneplacito et conſenſu fuiſſe et eſſe oris ſui verbis fatebitur et docebit vt hec premiſſa plena fide ſeruentur ſigilla noſtra appendi fecimus huic carte. anno domini MCCC.XLIII. in aduentu domini.

Drei Siegel der Grafen von Wohldenberg.

Urk. 92.

Johann, Hoyer, Burchard und Gerhard, Söhne des Grafen Johann von Wohldenberg, schenken zugleich mit ihrem Oheime, dem Grafen Ludolf von Wohldenberg[1]), die ihnen von Ernst Bock resignirten Güter zu Elze dem Kloster Wülfinghausen, und versprechen dem Propste Bernhard daselbst, daß ihre Schwestern die Canonissinn Hedwig zu Quedlinburg, die Nonne Elisabeth zu Wöltingerode und Jutta ihre Schenkung genehmigen sollen. 15. December 1343.

(Vergl. Urk. 91 vom 30. November 1343.)

In nomine domini Amen. Dei gratia Nos Johannes. Hoyerus Hildensem̃ Ecclesie canonicus. Borchardus et Gherhardus fratres. Comites. filii Johannis comitis de Woldenberghe recognoſcimus quod tres manſos non decimales noſtre proprietatis in campis ville Eltze ſitos cum curia et vna area in eadem villa. cum omnibus eorum juribus et pertinencijs ubicunque ſituatis nobis et patruo noſtro Ludolfo comite de Woldenberghe ab Erneſto bok qui eos a nobis tenebat in pheodo libere reſignatos. deuotis in chriſto virginibus domine prioriſſe Totique conuentui ſanctimonialium monaſterii in Wuluinghuſen ob animarum noſtrarum et progenitorum noſtrorum ſalutem et remedium vna cum prefato patruo noſtro et noſtris heredibus omnibusque quorum conſenſus ad hoc requirendus fuerat in proprium donauimus et preſentibus donamus et in poſſeſſionem perpetuam tradidimus et per preſentes tradimus proprietatis titulo jure perpetuo pacifice poſſidendum (*sic*) et pro ſuis uſibus prout melius poterint diſponendum renunciantes omni juri actioni ſeu impeticioni que ad preſens uel in ſuturum in eiſdem bonis in parte uel in toto nobis et poſteris noſtris poſſent competere ullo modo. volentes prefato conuentui de bonis predictis veram et legitimam preſtare warandiam quando et quotiens ſuper eo fuerimus requiſiti. Promittimus inſuper fide data pro ſororibus noſtris. Hedewigha in Quedelingheborch canonica et Eliſabeth in Woltingherode moniali. et ſorore noſtra jutta et pro cunctis heredibus noſtris. natis uel naſcituris quod predictam donationem atque renunciationem per nos factam ratam habere debeant atque firmam. Hec omnia atque ſingula que preſcripta ſunt diſcreto viro domino Bernhardo nunc ibidem prepoſito et ſuis ſucceſſoribus predictoque conuentui fide data per preſentes literas noſtris ſigillis ſigillatas promittimus inuiolabiliter obſeruare. Datum anno domini M.CCC.XLIII. XVIII. kalendas Januarij.

Drei Siegel der Grafen von Wohldenberg; das vierte abgefallen.

---

1) Die Schenkungsurkunde des Grafen Ludwig von Wohldenberg ist an demselben Tage ausgestellt (Siegel abgefallen); desgleichen des „Henricus Comes de Woldenberg“ (Siegel verletzt).

Urk. 93.

Ernst Bock und sein Sohn Hermann verkaufen dem Kloster Wülfinghausen die „Hunsen'sche" Hufe und eine Hausstelle zu Elze für 14 Mark. 17. December (feria quarta quatuor temporum ante festum natiuitatis christi) 1343.

(Vergl. Urk. 88 vom 4. December 1342.)

Siegel des Ernst und Hermann Bock.

Urk. 94.

Graf Gerhard von Hallermund und seine Söhne Wilbrand, Otto, Gerhard und Bodo [1]) schenken dem Kloster Wülfinghausen das Obereigenthum von sechs Hufen Landes mit einer Curie und einer Hausstelle zu „Herberghen" [2]), welche die Gebrüder von Knesebeck ihnen resignirt haben. 8. April 1345 [3]).

(Vergl. Urk. 96 vom 25. Juli 1345.)

In nomine domini amen. Dei gratia. Nos Gherhardus Comes de halremunt nec non willebrandus Hildem̃ Ecclesie canonicus Otto quoque gherhardus et Bodo predicti gherhardi comitis filij presentibus recognoscimus. quod sex mansos iure proprietatis in campis ville herberghen sitos cum vna curia et vna area in eadem villa et cum omnibus eorum juribus ac pertinencijs in pratis. siluis. paschuis ubicunque situatis nobis a Ludolfo et johanne fratribus dictis de knesbeke qui eos a nobis in pheodo tenebant libere resignatos deuotis in christo virginibus domine Priorisse Totique conuentui sanctimonialium monasterii in wuluinghusen. illi quoque seu illis quibus predicta bona vendere decreuerint uel a quibus alia bona permutationis nomine receperint ob animarum nostrarum et progenitorum nostrorum salutem et remedium cum consensu vniuersorum heredum nostrorum omniumque quorum consensus ad hoc requirendus fuerat in proprium donauimus et presentibus donamus et in possessionem perpetuam tradidimus ac per presentes tradimus proprietatis titulo iure perpetuo pacifice possidendum et suis vsibus prout melius poterunt applicandum (*sic*). renunciantes omni juri. actioni seu impetitioni que ad presens uel in futurum in eisdem bonis in parte uel in toto nobis et posteris nostris posset competere ullo modo. volumusque ipsis de eisdem bonis veram et legitimam prestare warandiam quando ubi et quociens super eo fuerimus requisiti. Pro-

---

[1]) Dieselben schenken am 28. April (quarto calendas Maji) 1345 dem Kloster vier Hufen Landes mit einer Curie und sechs Hausstellen zu „Remwerdissen" [4]), welche Johann von Harboldessen ihnen resignirt hat.

[2]) S. Note 1 zu Urk. 65.

[3]) Dasselbe thun gleichfalls am 8. April 1345: „— — Ludolfus. Henricus domicellus. Otto Hildem̃ ecclesie canonicus fratres Comites de Halremunt." (Drei Siegel.)

[4]) S. Note 1 zu Urk. 21 vom 11. April 1245.

mittimus insuper fide data pro cunctis heredibus nostris natis uel nascituris. quod predictam donationem atque renunciacionem per nos factam ratam habere debeant atque firmam. Hec omnia atque singula que prescripta sunt Discreto viro domino Bernhardo nunc ibidem preposito et suis successoribus predictoque conuentui illi quoque uel illis ad quos predicta bona empcionis vel permutacionis nomine deuenerint fide data per presentes literas nostris sigillis sigillatas promittimus inuiolabiliter obseruare. Datum anno domini MCCCXLV. sexto ydus aprilis.

Von den fünf Siegeln der Grafen von Hallermund sind nur noch die drei ersten vorhanden.

Urk. 95.

Graf Adolf von Holstein und Schauenburg schenkt dem Kloster Wülfinghausen drei zehntfreie Hufen Landes, die Curie Winkelhof und eine Hausstelle zu „Herdingessen" [1]). 21. Juni 1345.

Nos Adolfus dei gratia Comes Holtz. et in Schowenborch. recognoscimus per presentes quod cum consensu heredum nostrorum tres mansos non decimales nostre proprietatis in campis ville Herdingessen et curiam dictam winkelhof vnamque aream in ipsa villa sitos quos conradus dictus bock de Rittagessen in pheodo et ysengardis vxor sua jure dotalicij a nobis tenuerunt et in manus nostras libere resignarunt cum omnibus juribus et vtilitatibus et pertinencijs eorundem deuotis in christo preposito priorisse et Conuentui monasterii monialium in wuluinchusen jn proprium donauimus et in hiis scriptis donamus donatione perpetuo valitura. volentes eis dicte proprietatis et donationis veram et legitimam warandiam prestare quando et quotiens eis fuerit oportunum dantes eis has literas. sigillo nostro munitas super premissis omnibus et singulis jn testimonium perpetuum et cautelam. actum et datum anno domini MCCC.XL quinto. XI kalendas julii.

Reitersiegel des Grafen Adolf von Holstein und Schauenburg.

---

1) „Herdingessen" lag, laut des auf der Kloster-Cammer zu Hannover befindlichen „Huß-Registers" de 1546 bei Wülfingen.

Urk. 96.

Die Gebrüder Ludolf und Henning von Knesebeck resigniren den Grafen Gerhard und Heinrich von Hallermund zu Gunsten des Klosters Wülfinghausen einen Hof, eine Hausstelle und sechs Hufen Landes zu „Herbergen" [1]). 25. Juli 1345.

(Vergl. Urk. 94 vom 8. April 1345.)

---

1) S. Note 1 zu Urk. 65.

Den edelen luden vnde oren truwen heren greuen gherde vnde greuen Hinrike sineme vedderen ghe heten van halremunt. scrift Ludolf vnde henningh brodere ghe heten vamme knesbeke. oren truwen denest berede jn allen dinghen. Juwer edelcheyt late wi vnde sendet vp in dessem breue alsodane ghut. alse wi van jv to lene hebbet ghe hat. want an desse tit to herberghen. dat is eyn hof vnde eyn kotwort in deme dorpe. vnde ses houe vppe deme suluen velde. Mit aldusdanen vnderscede. Des ghi dat vorbenomede ghut mit alleme rechte vnde nut. Eghenen deme klostere to wuluinchusen. vortmer wi her Bertold riddere vnde seghebant knape brodere ghe heten van Reden be kennet. Dat wi hebbet dar ouer wesen. dat se dat mit willen hebbet. ghe dan vnde vulbordet. vnde dor bede willen der vorbenomeden van deme knesbeke. hebbe wi vnse jnghesseghele ghe henght to dessem breue. vnde be tughet de vp latinghe des vorbenomeden ghudes. vnde to eyner betughinghe desser vorscreuenen dingh. hebbe wi vse jnghesseghele ghe henght an dessen bref. vnde is ghe schen na goddes bort drutteynhundert jar in deme vif vnde vertighesten jare in sunte Jacobes daghe.

Nur das erste und vierte Siegel erhalten.

Urk. 97.

Propst Bernhard, Priorinn Beatrix und der Convent zu Wülfinghausen thun kund, daß die Einkünfte aus zwei Mühlen und vier Hausstellen zu „Reinwerdessen" [1]) (bei Eldagsen) für diejenigen dreißig Pfund angekauft sind, welche ihr Capellan Albert von Goslar und dessen Bruder zu Memorien dem Convente geschenkt haben. 8. November (VI° ydus nouembris) 1346.

Zwei Siegel.

---

[1]) S. Note 1 zu Urk. 21 vom 11. April 1245.

Urk. 98.

Die Gebrüder Wilbrand, Otto, Gerhard und Bodo Grafen von Hallermund überlassen dem Propste Bernhard und dem Convente zu Wülfinghausen den kleinen Zehnten von der Curie zu Eldagsen, welchen das Kloster von Friedrich von Jeinsen gekauft hat. 25. März 1347.

Nos willebrandus Otto. Gherardus et Bodo. Comites ac fratres dicti de Halremunt Corum omnibus tam presentibus quam futuris ad quorum noticiam presentes peruenerint. Recognoscimus et publice protestamur. Quod nos dimisimus et presentibus dimittimus Honorabili viro domino bernhardo Preposito tocique Conuentui Sanctimonialium in wuluinghusen Decimam nostram. wlgariter Ochtemunt nuncupatam. super Curia sua in Eldaghessen sita et quicquid ad eam pertinet et antea pertinebat quam a frederico dicto de

yeyſen iuſto emptionis titulo sibi compararunt dictam noſtram decimam ſine impedimento. et contradictione qualibet. eiſdem aſſignantes. poſſidendam. Volentes ipſis. veram et legitimam preſtare warandiam. quando et quociens a nobis fuerit requiſitum. Que omnia et singula ipſis promiſimus. et preſentibus munitis noſtris ſigillis promittimus data fide inuiolabiliter obſeruare. Datum anno domini MCCC.XLVII. in die Palmarum.

Von den vier gräflichen Siegeln ist nur das zweite des Grafen Otto erhalten.

Urk. 99.

Otto von Hallermund Canonicus zu Hildesheim bestätigt dem Kloster Wülfinghausen den Besitz der demselben von seinem Vater, seinem Oheime und seinen Brüdern während seiner Minderjährigkeit geschenkten drei Hufen Landes zu Alferde, und der beim Pfarrhofe zu Eldagsen belegenen Straße. 15. Juni 1347.

(Vergl. die Urk. 67 vom 27. Februar 1326 und 85 vom 9. October 1337.)

Nos Otto de Halremunt Dei gratia Canonicus Hildenſ. eccleſie ſcripto recognoſcimus in preſenti Quod donacionem pietatis ſcilicet trium manſorum in campiſ Alforde ſitorum, proprietatis et ſtrate curie dotis in Eldaſſen annexe per noſtrum patrem et patruum et fratreſ noſtoſ in ſalutem animarum ſuarum deuotis in chriſto virginibus Monaſterii in Wuluinghuſen prout in literiſ vnde confectiſ continetur tempore noſtre minorennitatis pie factam nunc noſtre diſcretioniſ anniſ, eciam noſtre anime ſalutj prouidentes, ipſam ratam et inconuulſam perpetuo durare uolenteſ animo volenti preſenti pagina declaramus promittenteſ data fide, vtramque donacionem ſecundam formam in literis ſuper hoc datis contentam per noſ irreuocabiliter obſeruandam In cuius rei memoriam fecimus preſens ſcriptum noſtri ſigilli robore perhennari. Datum anno domini Milleſimo Tricenteſimo Quadrageſimo ſeptimo in die beati vitj martiris.

Siegel des Canonicus Otto von Hallermund.

Urk. 100.

Propst Bernhard zu Wülfinghausen überläßt dem Johann und der Marburg Dove für vier Pfund eine Hausstelle und Kothe zu **Holthusen** (Holtensen) zum Leibgedinge. 29. Juni (**Petri et Pauli**) 1348.

Siegel abgefallen.

Urk. 101.

Die Grafen Ludolf und Heinrich von Hallermund bestätigen den Töchtern des ver-

storbenen Helmerich Mušing den Nießbrauch der ihnen auf Lebenszeit zu Lehn gegebenen Güter (zu Eldagsen). 21. Juli 1348.

(Vergl. die Urk. 58 vom 26. Februar 1320 und 109 vom 5. Februar 1354.)

Nos ludolph et hinricus dej gratia Comites de Halremunt recognoſcimus in preſenti littera dilucide proteſtando nos vnanimi conſenſu druden et berthen filias quondam Helmerici dictj Muſingh et Margarete vxoris eius legitime in bonis quibus inpheodate et inauctoritate dinoſcuntur prout in litteris ipſis a noſtris progenitoribus traditis continetur plenius nolle nec debere per vite ſue tempora impedire ſed eaſdem permittere ſine contradictione fruitione pacifica eorundem bonorum ſe gaudere. Hec omnia et ſingula promittimus prelibatis inuiolabiliter obſeruare. In cuius rei euidens teſtimonium sigilla noſtra preſentibus ſunt [1]). Datum anno domini MCCCXLVIII in profeſto beate Marie Magdalene.

Siegel abgefallen.

[1]) fehlt appenſa.

Urk. 102.

Abt Diederich zu Corvey leistet dem Kloster Wülfinghausen Gewähr für einen Hof mit drei Hufen Landes und zwei Kothen zu Holtensen (bei Eldagsen), welche seine Vasallen Hermann und Hartmann von Dudinge dem Propste Bernhard verkauft haben [1]). 12. April 1349.

Van der gnade goddes. Wy. Dideric abbet des Stichtes to Corueye. bekennet openbare vnde willet dat witlik sy. Alle den. de deſſen bref ſen. eder horen leſen. Dat wy dor bede willen. der werden Knechte vſer man. Hermenes. vnde Hartmannes. gheheten van Dudinghe. beſcreuen gheuet vnde bekennet prouest Bernde to wuluinchuſen, vnde alle der Samninghe al dar. Dat ſe vorkoft hebbet deme vore benomden proueſte vnde ſinen nakomelinghen. vnde deme Cloſtere to wuluinchuſen. vnde deme eder den de deſſen bref hebbe eder hebben mit oreme willen. enne hof mit dren houen. vnde twene kothoue to holthuſen mit alleme rechte binnen vnde buten deme dorpe. de van os to lene gad. vor twintich lodeghe mark Suluers. hildenſemeſcher witte vnde wichte. vnde willet der bekantniſſe prouest bernde vnde deme Cloſtere to wuluinghuſen. vnde deme eder den de deſſen brev hebbe eder hebben. mit oreme willen. rechte warende weſen. wanne wy dar to ghe eſchet werdet. Des hebbe wy to orkunde. vſe inghesſeghel. ghehengt to deſſeme breue. Vnde is ghe ſchen na goddes bort. Duſent vnde dre hundert jar in deme neghene vnde vertegheſten jare to paſchen.

Siegel des Abts Diederich zu Corvey.

[1]) Eine gleiche Gewähr leistet Ritter Florin von Dalem. 9.—15. April (in der andern weken na paschen) 1349. (Siegel.)

Urk. 103.

Priorinn Beate und der Convent zu Wülfinghausen thun kund, daß der vormalige Propst Burchard von Ilten zu Wennigsen und Propst Bernhard zu Wülfinghausen ihre Güter zu Alferde und „Herdingessen“ [1]) zum Heile ihrer Seelen dem Kloster Wülfinghausen geschenkt haben. 29. September (Michaelis) 1349.

Siegel abgefallen.

---

[1]) S. Note 1 zu Urk. 95 vom 21. Juni 1345.

Urk. 104.

